euphorbius telo patrocli pcussit et hector [illegible] eū occidit.

Euphorbius a Menelao et ab aiace interemptus fuit:

achillis lachrymae et querela de morte patrocli

tũ. Igiť reges multis precibus atq; omni consolationis mo do tandem Achillem flexum humi erigunt: dein patrocli corpus elotu3 mox ueste circũtegitur maxime obtegenda uulnera quæ multis modis impressa haud sine magno ge mitu cernebantur. His Achilles monet uti custodes uigili as agerent curarentq; ne hostes detẽtis circa funus nostris more solito irruerent: ita per distributionẽ officia quisq; ꝓ curãtes igni plurimo in armis pnoctant. At lucis principio placet uti ex omni ducũ numero quinque in mõtem idam uaderent siluã cæsum quo Patroclus cremareť. Decretum quippe ab omnibus erat uti funus eius publice curaretur. Iere igitur Ialmenus Ascalaphus Epios & cum Merione Aiax alter: Moxq; Vlixes & Diomedes busto locu3 dimeti unť quinq; hastaru3 longitudine totidẽq; in transuersum: Aduecta deinde ligni copia bustũ extruiť: impositũq; desu per cadauer igne supposito cremãt exornatum iam decore omni p̃ciosæ uestis: id nãq; Hippodamia & Diomedea cu rauerãt: quarũ Diomedea nimiũ iuueni & omni affectu di lecta erat. Cæterũ paucis post diebus refectis ex labore ui giliarũ ducibus cũ luce simul exercitus in cãpum ꝓductus per totum diẽ in armis agit opperiens barbarorũ occursu3 qui muris despectãtes postq̃ nostros paratos ad p̃lium ui dent eo die certamen distulere: ita occasu solis græci ad na ues regressi: At uix principio diei troiani rati etiam tunc in cõpositos græcos armati portis euolant temere & cum aau dacia (ut antea soliti) instantesq; circa uallum certatim tæla iaciunt crebra magis q̃ cum effectu nostris tantum ad eui tandũ ictus cõpositis: Igitur ubi ad multũ diem barbari in tenti iaculis fessi nec ita uehemẽtes animaduertunť: ex pte una nostri erumpunt: incursantesq; sinistrum latus fundũt

Patroclus igni crematur.

fugātqꝫ. Neqꝫ multo post ex alio latere abnuētibus iam barbaris ac sine ulla difficultate uersis ita plurimi barbarorum ubi uertere terga fœde euicti in bello & ab insequentibus proculati ad postremum dispereunt: in quis Asius Hirtaco genitus & cum Hippoireo Phileus Hiralis asius festo regnātes: eodēꝫ die uiui a Diomede capiuntur duodecim: ab Aiace quadraginta capti etiam Pysus & Euander Priamidæ: in ea pugna græcoꝝ Ceneus interfectus rex scythis: uulneratus etiā Idomeneus dux noster. Cæterū ubi troiani muros ingressi clausere portas & finis standi factus est nostri spoliata armis hostilia cadauera apportataque in flumen ꝑcipitant memores paulo ante in Patroclū insolentiæ barbaroꝝ. Dein captiuos oēs uti quisqꝫ cœperat in ordine Achilli offerūt: Isqꝫ uino multo sopita iā fauilla reliqas in urnā collegerat. Decretū qppe aīo gerebat secū ī patriū soluꝫ uti abiret si fortuna in se casū mutaret: una quoqꝫ eadem sepultura cū charissimo sibi oīum cōtegi: itaqꝫ eos qui oblati erant deduci ad bustū una etiā cuꝫ priami filiis ibidēqꝫ seorsū aliquantū a fauilla iugulari iubet scilicet inferias Patrocli manibus: ac mox regulos dilaniādos canibus obiicit: cōfirmatqꝫ se nō prius desinere ꝑnoctādo humi: q̄ in auctorē tāti luctus sui sāguine uindicasset. NEC MVLTI transacti sūt dies quū repēte nuntiaṫ Hectorē obuiā Pāthesileæ cuꝫ paucis ꝓfectū q̄ regina amazonū incertū ꝑcio an bellandi cupidine auxiliatū Priamo aduētauerat. Gens bellatrix & ob id a finitimis indomita specie armoꝝ īclyta ꝑ mortales Igitur Achilles paucis fidis adiunctis secum insidiatum ꝓpere pergit atque hostem securum iam sui præuertit: tum ingredi iam flumen occipientē circunuenit: ita eum & omnes qui comites regulo dolos huiuscemodi ignorauerant

amazonū

Hect[ri] mors

ex improuiso interficit:& quendã filiorũ Priami comprehẽ-
sum mox excisis manibus ad ciuitatem remittit nunciatũ:
quæ gesta erant. Ipẽ cum cede inimicissimi tum memoria
doloris ferox spoliatum armis hostem mox constrictis in
unum pedibus uinculo currui postremo annectit. Dein u-
bi ascendit ipse Autumedonti imperat daret lora equis:ita
concitato curru p campum qua maxime uideri poterat p-
uolat hostem mirandum in modum circumtrahens gen9
pœnæ nouum miserandumque. At apud Troiam ubi spo
lia Hectoris desup e muris animaduertere:quæ græci pce-
pto regis ante ora hostium ptulerant:& ille qui excisis ma
nibus acerbissimæ rei indicium in se ipse ptulerat:rẽ ut ge
sta erat differuit. tantus p totam ciuitatẽ uersus luctus atq
clamor educitur:ut aues etiam consternatæ uocibus alto de
cidisse crederẽtur:nostris cum insultatiõe reclam antibus:
mox ex omni pte cuncti clamantibus urbs clauditur regni
habitus atq in modum lugubrem funestũq obducta faci
es ciuitatis:quũ (sicut in tali negocio assolet) repente con-
cursus trepidãtium fieret in eundem locum ac statim sine ul
la certatione p diuersum fuga. nunc planctus crebri mo-
do tota urbe silentium ex incerto. Inter quæ & spes extre-
mas:multi credere cũ nocte simul grecos mœnia ĩuasuros
excisurosq urbẽ:securos interitu tanti ducis. Nõnulli etiã
p confirmato habere Achillem exercitum (qui duce Pan
tesilea Priami rebus auxilio uenerat) patibus suorũ adiun-
xisse. Postremo omnia aduersa hostilia fracta: ablatasque
opes nullam salutis spem habere interempto Hectore.
Quippe is solus omnium in ea ciuitate aduersum tot mili
tes imperatoresq hostium uaria semp uictoria certauerat
fortior q̃ fœlicior cunctis ducibus nostris:cui fama bellan

di inclyta per gentes:nunq̃ tamen uires cõsilio supfuerãt. Interim apud græcos ubi achilles ad naues rediit: & cadauer hectoris in ore omnium ẽ:dolor quem ob patrocli interitum paulo ante pceperant:n ece metuendi hostis sedatur:& ob id præcipua lætitia circũspicitur: Ac tum uniuersis placet uti in honorem eius:quoniam abeẽt hostilis metus:certamen ludis solitũ celebraretur. Neq; minus tamẽ reliqui populi qui non certaturi spectandi gratia conuenerant structi armis paratiq; adessent:ne qua scilicet hostis: q̃uis fractis rebus solito tamen insidiandi more irrueret.

IGITVR Achilles uictoribus præmia quæ ei uidebãtur maxĩa statui impat:& postq̃ nihil reliquũ erat: reges oẽs ad considendũ hortatur ipse medius atq; inter cæteros excelsior: Tum primum quadriiugis equis Eumelus añ oẽs uictor declaratur: bigarum p̃mia Diomedes meruit secundo post eũ Menelaus. Cæte℞ ad certandũ q sagitta℞ arte maxĩe p̃ualebãt: Meriões atq; ulyxes duos erexere malos quis religatum linum tenuissimum atq; ex trãsuerso extẽtum utriusq; capiti annectebatur media colũba pte dependebat: eius cõtingendæ certamẽ maximũ: Tũ reliqs icassũ tendẽtibus Vlyxes cũ Merione destinatũ cõfixere: quib9 qũ a reliqs fauor attolleret Philoctecta nõ colũbã se: ue℞ id quo religata eẽt sagitta excisu℞ promittit: admirãtib9 dei de difficultatẽ regibus fidem promissi fælicius q̃ solertius confirmauit: ac dirupto uinculo colũba cũ maxima populi acclamatione decidit. Præmia certaminis eius Meriões atq; ulyxes tulere: Achilles duplici extra ordineȝ munere Philoctetam donat. Cursu longo certãtibus oilei Aiax uictor excipitur: post quẽ secũdus Polipoetes dupli campo Machaon: singulari eurypilus: saltu Tlepolem9 disco An.

tilochns uictores abeunt. Præmia luctandi intacta per. manſere:quippe aiax arripiens medium ulyſſē deiicit:q ru ens pedibus eius circũuoluitur:atq; ita ꝑpedito obligatoq; nixu Aiax pene iā uictor ad terrā cadit. Cæſtibus reliquo quoq; manuũ certāmie idē aiax telamonius palmā refert. Cnrſu in armis poſtrēo diomedes præualuit: Dein ubi ꝑ mia certandi perſoluta ſunt. Achilles primo omniũ Aga mēnoni donũ quod ei honoratiſſimũ uidebatur:offert: ſe cundo neſtori:idomeneo dein tertio:poſt quos Podalirio & Machaoni:dein reliquis pro merito ducibus ad poſtre mum eorum ſociis:qui in bello occiderant:hiſque manda tum uti:quum tempus fuiſſet donuʒ ad neceſſarios eorũ ꝑferrent. Poſtq̃ certādi præmiorũq; finis factus: & iā diei ueſper erat:ad ſua quiſq; tentoria diſceſſere. At lucis prin cipio Priamus lugubri ueſte miſerabiliter tectuſ:cui dolor non decus egregium:nō ullā tāti nominis ac famæ ſpēm reliquā fecerat:manibũs uultuq; ſupplicibus ad achillē ue nit. Cum quo Andromacha nō mīor q̃ in priamo miſera tio:Ea quippe deformata multiplici modo aſtianacta quē nonnulli Scamandrũ appellabant: & Laodamāta paruu los admodũ filios præ ſe habens,regi adiumentum depre candi aderat:q mœroribus ſenioq; decrepitus filiæ Police næ humeris annitebatur. deinde ſequebātur uehicula ple na anri atq; argēti ꝑcioſæq; ueſtis:qũ ſup murũ ſpectātes troiāi comitatũ regis oculis ꝓſequerētur. Quo uiſo repē te ſilētiũ ex admiratōe oritur. Ac mox reges auidi noſcere cās aduētus eius ꝓcedũt obuiā:Priamus ubi ad ſe tendi ui det ꝓtinus ī hoſtes ruit:puluerē reliq̃q; humi purgamēta capiti aſpergēs:de-norat ut miſerati fortũas ſuas precato ad Achillem ueniant:eius ætatem :fortunamq; recorda

tũs Nestor dolet:Cõtra Vlyxes maledictis insequi & cõ memorare quæ apud troiam in cõcilio ante sumptũ bellũ ipse aduersum legatos dixerat. Ea postq̃ Achilli nunciata sunt p Autumedontẽ aduersum iri iubet:ipse retinens ur nam cum Patrocli ossib9. Igit ingressis ducibus nostris cũ Priamo rex genna achillis manib9 cõplex9 Nõ tu mi hi inquit causa huiusce fortune sed deoꝝ quispiã qui postre mã ætatẽ meam qum miserari deberet in hasce erumnas deduxit confectam iam :ac defatigatam tantis luctibus filiorum: Q uippe hi fisi regno per iuuentutem qum sem per cupiditates animi quoquo modo explere gestiunt: ultro sibi mihiq; pniciẽ machinati sunt: Neq; dubiũ cuiq̃ quin cõtemptui sit adolescentiæ senectæ ætas. Q uod si in teritu meo reliqui huiuscemodi facinoribus tempera bũt me quoq; si uidetur exhibeo pœnę mortis:cui misero con fectoq; mœroribus oẽs erũnas quibus nunc dep̃ssus in- fœlicissimũ spectaculum mortalibus præbeo,cum exiguo spiritu simul afferens adsum en ultro nihil deprecor: uel si ita cordi est habe in custodia captiuitatis: Neq; enĩ mi hi quicq̃ iam superioris fortune relictum est Q uippe inter fect o Hectore cũcta regni cõ cidere. Sed iam græciæ uni uersæ ob meoꝝ male consulta sa tis pœnarum filiorũ san- guine ac miseris erũnis persolui miserere ætatis ac deos re cordatus retorque animos ad pietatem concede paruulis saltem . Noui animã parentis tui omnes curas uigiliasq; in te tuamq; salutem impẽdentis:Sed illi quidem cuncta se- cundum sua uota perueniant longeq; aliter neq; mei sim ĩ lis senectã degat. Interea dum hæc cõmemorat:paulat animo deficere,ac dissolui mẽbrisdein ommutescere cœ pit. Q uod spectaculuȝ longe miserrimum omnibus qui

tum aderant dolori fuit. Deinde Andromacha paruulos fi
lios Hectoris oſtentans ante Achillem ꝓſternit: ipſa fletu
lamētabili orans uti ſibi cadauer coniugis intueri ſaltē con
cederet. Inter hæc tā miſerāda Phœnix cum Neſtore Pria
mū ſuſtulere atq; uti animū reciperet hortat. Tū rex ubi
aliquātum refouit ſpiritum nexis genibus atq; utraq; ma
nu dilaniās caput ubi nunc illa ē ait quæ apud græcos p̄ci
pua erat miſericordia? an iuxta ſolū Priamū circunſcribit?
Iāq; omnibus dolore ꝑmotis: Achilles decuiſſe ait filios eū
ſuos initio ab eo quod admiſerint facinore cohibere: neq;
ip̄m concedendo tanti delicti participē fieri: cæterū ante id
decēniū non ita defeſſū ſenecta fuiſſe ut ſuis deſpectui eēt:
Sed obſediſſe animos eoꝝ deſiderium rerū alienaruʒ neq;
ob mulierē ſolū unaʒ ſed Atrei atq; Pelopis diuitiis inhian
tes raptū res more incōdito prexiſſe: ꝓ quis æquiſſimū eē
eiuſmodi pœnas uel etiā grauiores pēderet. Nāq; ad id tē
pus græcos ſecutos morē in bellis optimum quoſcūq; ho
ſtiū pugna cōficerēt reſtituere ſepulturæ ſolitos: cōtra He
ctoreʒ ſupgreſſum humanitatis moduʒ Patroclum eripe
re p̄lio auſum ſcilicet ad ludendum ac fœdādū cadauer eiuſ
quod exemplū pœnis ac ſuppliciis coruʒ eluendum ut græ
ci ac reliquæ poſthac gentes memores ultionis eiuſ moreʒ
quæq; humanæ cōditionis timerēt. Nō enim Helenæ neq;
Menelai gratia exercitum relictis ſedibus parunliſq; pro
cul a domo cruentum ſuo hoſtiliq; ſāguine inter ipſa belli
diſcrimina huiuſmodi militiam tollerare: Sed cupere di
gnoſcere barbari græci ne ſumma reꝝ potirētur: q̄q̄ iuſtaʒ
cauſā fuiſſe inferēdi belli etiā ꝓ muliere. Namq; uti ipſi ra
ptu reruʒ alienaꝝ lætarent: ita maxime dolori eſſe his qui
amiſerint. Ad hæc multa infauſta deteſtādaq; Helenæ im

precari:confirmareq; se capto atq; euerso Ilio ante oēs tāti admissi poenas sanguine eius expetere: ob quā patria parē tibusq; carēs Patroclū etiā sollicitudinis suæ leuamen maximum amiserit. Dein consultum cū supradictis ducibus surgit: Quis oibus una atq; eadē sentētia est scilicet uti acceptis q̄ allata essent corpus exanime cōcederet. Q đ ubi satis placuit singuli ad sua tētoria discedūt. Moxq; Polixena ingresso Achilli obuoluta genibus ei9 spōte seruitiū sui pro absolutiōe cadaueris pollicet: Quo spectaculo adeo cōmot9 iuuēis ut q inimicissim9 ob mortē patrocli p̄amo eiusq; regno eēt. tū recordatiōe filiæ ac pntis ne lachrymis quidē temperauerit. Itaq; mānu oblata polixenā erigit p̄dicta prius mādataq; cura Phœnici sup priamo: ut delectaretur: sed rex nihil se luctus neq; præsentiū miseriaṛ remissurū se ait. Tū Achilles confirmare nō prius cupitis eius satisfacturū q̄ mutato in melius hītu cibū etiā secū sumeret: ita rex ueritus ne q̄ cōcessa uidebantur, ipse recusando īpediret: Dein oīa q̄ imperent facienda decreuit. Igit ubi excussus comis puluis totusq; lotus ē: mox a iuuene ipe: & qui cū eo uenerāt cibo īuitant. Dein ubi satias oēs tenuit hoc mō Achilles disseruit. Refer iā nūc mihi Priame quid tm̄ causæ fuerit. cur deficiētibus quidē uobis copiis īdies militarib9 ingrauescētib9 aūt calamitatibus atq; erūnis Helenā tn̄ in hodiernū retinēdā puteris: neq; uelut cōtagionē īfausti ominis repuleritis: quā prodidisse patriā. pntes (& qđ indignissimū oīum ē) fratres sanctissimos cognoueritis: Nāq; hi execrati facinus eius ne militiā quidē nobiscū cōiurauerunt scilicet ne quam audire incolumē nollēt, ea per se reditum in patriam q̄reret. Eā igit quum cerneretis malo omnium ciuitatem intrasse uestram non deiecistis:

nõ cũ detestatiõibus extra muros ꝑsecuti estis? Quid illi senes (quorũ filios pugna ĩdies cõficit) nõne adhuc ꝑseuerunt eãdẽ extitisse cãz tãtorũ funerũ? ita ne ergo diuinitus euersa mẽs ẽ ut nullus in tãta ciuitate repiri posset: qui fortunã labẽtis pr̃iæ dolẽs, de ꝑnicie publica cũ exitio eius trãsigat. Ego qdẽ ætatis tuæ cõtẽplatiõe atq; haruz ꝓcuz cadauer restituã: neq; unq̃ cõmittã ut qd in hoĩbus reꝑhẽdit crimen malitiæ ipse subeã. Ad ea Priamus renouato fletu q̃ miserabili non sine decreto diuũ aduersa hoĩbus irruere sic ait: Deũ quippe auctorẽ singulis mortalibus bõi maliq̃ eẽ (quoad beatã eẽ licitũ sit) cuiusq̃ in eũ inimicitiã ꝓcedere. Cæterũ se diuersi partus quinq̃ginta filiorũ patrẽ btissimũ regũ oĩum hĩtũ: ad postremũ Alexãdri natalẽ diẽ q̃q̃ conatũ euitare: ne diis quidẽ ꝓcipiẽtibus potuisse. neq; Hecubã fœtu eo grauidã facẽ (quietẽ edidisse uisaz: cuius ignibus cõflagrasse idã: ac cõtinuãte flãma deorũ delubra concremari: oẽmq; demũ ad cineres collapsaz ciuitatẽ intactis inuiolatisq; Antenoris atq; anchisæ domibus: q̃ denũciata cũ ad ꝑniciẽ publicã despectare aruspices ꝓcinerẽt, interne cãdũ edituz ꝑtũ placuisse. Sz hecubã more fœmineæ miseratiõis clã alẽdũ pastoribus in idã tradidisse, eũ iã adultũ cũ res palã eẽt ne hostẽ quidẽ q̃uis sæuissimũ ut iterficeret pati potuisse tãtæ. sceuz fuisse pulchritudinis atq; formæ. Quem coniugio deinde Oenonæ iunctum, cupidinem desiderium maximum cœpisse uidendi regiones atque regna procul posita contingere. tandem adductam Helenã uenusto aspectu decoram: urgente ac instigante quodam numine cunctorum ciuium amicis sibi etiam læritiæ fuisse: neque cuiqnam quum orbari se filio: alioue consanguineo cerneret non acceptam tamen: solo omniũ aduer-

ſante Anthenore: qui initio poſt Alexandri reditum filiū ſuum Glaucum qui tunc eius comitatum ſequutus erat; abdicandum a penatibus ſuis decreuerit uir domi belliq; prudentiſſimus. Cæterum ſibi (quoniam ita res ruerent) optatiſſimum appropinquare naturæ finem omiſſis iam regni gubernaculis atq; cura: Tum ſeſe in Hecubæ filiorumq; recordatiōe cruciari: quas poſt excidium patriæ captiuas incertum cuius domini faſtus manerent. Dein oīa quæ ad redimendum filium aduecta erant ante cōſpectū iuuenes exponi imperat: ex quis quicquid auri atq; argenti fuit tolli Achilles iubet: ueſtis etiam quod ei uiſum ē: reliquis in unū collectis Polyxenā & cadauer tradit. Quo percepto exinde gratia ne impetrati funeris, an ſiquid troiæ accideret ſecurus iam filiæ cōplexus Achillis genua orat uti Polyxenam ſuſcipiat ſibiq; habeat. Super qua iuuenis aliud tempus: atq; alium locum tractatumq; fore reſpondit. Interim cum eo reuerti iubet. ita Priamus recepto Hectoris cadauere aſcenſoq; uehiculo cum his qui ſe tū comitati fuerant ad troiam rediit.

ARGVMENTVM QVARTI LIBRI.

INCENTI troianorum fletu peraguntur Hectoris funera. Penthesilea ab Achille interficitur. Memnon enim innumeris copiis adueniens græcos in fugam uertit: iſq; demum ab Achille perimitur. Polydamas ab Aiace: Glaucus ab Agamemnone: duo Priami filii ab ulyxe interficiūtur. Memnonis cineres in ſolum patrium remittuntur. Iugulantur duo Priamidæ. Idæus mittit a Priamo ad Achillē pro polyxenæ nuptiis. Achilles in tēplo apollinis ex īſidiis a paride occidit: ſepeliturq; in Sygeo ingēti græco luctu Eurypilus thelephi cū exercitu aduenit in troiano auxi

lium illectus Cassandræ nuptiis. Pyrrhus Achillis filius cũ exercitu supuenit. Alexãder a Philocteta cũ sagictis ueneno hydræ ĩbutis necat: quo uiso œnone extĩcta est. Helena Deiphebo nupsit. Antenor uenit ĩ colloquium cum græcis a quo troiæ proditio componitur:

INCIPIT LIBER QVARTVS: DICTYS CRETENSIS.

s ED postq̃ palam ẽ regem perfecto negotio inuiolatu3 atq; integro comitatu regredi admirati laudãtes græciæ pietatem ad cœlum ferunt. Quippe quis ita animo hæserat nulla spe impetrandi cadaueris; ipsumque & qui cum eo fuissent retineri a græcis: maxime ob Helenæ quæ non remitteretur recordationem. Cæteru3 uiso Hectoris funere cũcti ciues sotiisq; accurrentes fletum mox tollunt diuellẽtes comã fœdãtesq; ora laniãtes. In tãta populi multitudine nec qsq̃ in uirtute sua spei bonæ fiduciam ponere illo interfecto cui inclyta p gentes fama rerum militiarium: in pace præclara pudicitia: ex qua non minorẽ q̃ reliquis artibus gloriã adeptus erat. Interea sepeliere eum haud lõge a tumulo Ilii regis quonda3: Dein exorto q̃ maximo ululatu postrema funeris peragũt hinc fœminis cũ Hecuba deflẽtibus hĩc reclamãtib9 uiris troianis & ad postremum sotiorum gẽtibus: quæ per dies decem cõcessa bellandi requie ab ortu solis usq; ad uesperã per troianos gesta nullo usq̃ remisso lugẽdi officio. INTERIM p eosdẽ dies Pentesilea (de qua ãte memorauimus) cum magna amazonũ manu reliquisq; ex finitimis populis supuenit. Quæ postq̃ Hectorẽ interemptũ cognouit perculsa morte eius regredi domũ cupiens ad postremum

multo auro atq argento ab Alexandro illecta ibidē opperi
ri decreuerat. Deī exactis aliquot diebus copias suas armis
instruit: ac seorsum a troianis ipsa suis modo bellatoribus
satis fidens in pugnam pergit: cornu dextro sagittariis al/
tero peditibus instructo medios equites collocat: in quis
ipsis contra a nostris ita occursum ut sagittariis Menelaus
atq Vlixes & cū Teucro Meriones peditibus Aiaces duo
Diomedes Agamemnon & Tlepolemus & cum Ialme/
no Ascalaphus opponeretur: in equites ab Achille & reli/
qs ducibus pugnaretur. hoc modo instructo utrinq exer
citu conflixere acies: caduntq sagittis reginæ plurimi: neq
a Teucro secus bellatū: interim Aiaces & qui cum his erāt
pedites cōtra quos steterant cædere ac restantes de truder
umbonibus moxq detrusos obtruncare: neq quoad dele
tæ peditu3 copiæ finis fit. Achilles inter æquitū turmas Pē
thesileā nactus hasta petit neq difficilius q̄ fœmina3 equo
deturbat manu cōpræhendēs coma atq ita grauiter uul
neratā detrahēs: Quod ubi uisum est tū uero nullam spē
in armis rati fugam faciunt clausisq ciuitatis portis nostri
reliquos quos fuga bello exemerat insecuti obtrūcant fœ/
minis tn̄ abstinētes manu parcētesq sexui: Dein uti quisq̄
uictor interfectis quos aduersum ierant regrediebatur Pē
thesileam uisere seminecem admirariq audaciam. Ita bre/
ui ab omnibus in eundem locum est concursum: placitu3
que uti (quoniam naturæ sexusque conditione3 superare
esset ausa) in fluuiū reliquo adhuc persentiente spiritu aut
canibus dilanianda iaceretur. Achilles interfectam eam se
pelire cupiens mox a Diomede ꝓhibitus est: Is namq per
conctatus circūstantes quidnā de ea faciendum eēt cōsen/
su omniū pedibus attractam in scamandrum præcipitari

ſcilicet pœnam poſtremæ deſperationis atq; amentiæ. hoc
modo amaxonū regina deletis copiis quibus cū auxiliatū
Priamo uenerat ad poſtremum ipſa ſpectaculum dignū
moribus ſuis pbuit. AC SEQ VENTI die Memnō Ti
thoni atq; Auroræ filius ingētibus indorū atq; æpthiopū
copiis ſupuenit magna fama: Q uippe in unū multis mi
libus armatorum uario genere ſpes etiam uotaq; de ſe Pri
ami ſuperauerat. Namque omnia circum troiam & ultra
quæ uiſi poterant uiris atque equis repleta ſplendore inſi
gniū refulgebant. Eos omnes iugo caucaſi mōtis ad troiā
duxit: reliquos neq; numero inferiores impoſito Phala du
ce atq; rectore mari miſit. Q ui appulſi Rhodum ubi aīad
uertere inſulam græcis ſociam ueriti ne re cognita incende
rentur naues ibidem opperiebantur. Ac mox diuiſi in Ca
miram & Galiſam urbes opulētas. Neque multopoſt rho
dii Phalam incuſare quod pauloante euerſa ab Alexandro
ſydone patria ſua auxilium ei a quo læſus ſit ferre cuperet:
quoniam exercitus permouerent confirmare haud diſſi
miles barbarorū uideri qui tam indignū facinus defende
rent: multa pterea accenſura uulgus & quæ pro ſe factura
eēnt differere. Q uæ res haud fruſtra fuit: Phœniceſ nāq;
qui in eo exercitu aderāt plurimi permoti querelis rhodio
rum dein cupidine diripiendarum rerum quas ſe cum ad
uexerant Phalam lapidibus inſecuti necāt diſtributiq; per
ſupradictas urbes aurum atq; reliqua pdæ diſpartiunt. IN
TERIM exercitus q cū Memnone uenerat poſitis patu
los p locos caſtris (nā intra mœnia haud facile tanta uiſ ho
ſtium retineri poterat) diuerſi ſuo qſq; genere exercebant
neq; i eadem arte ſimplex atq; idē mopus: ſed ut quēq; regi
onis ſuæ mos aſſuefecerat ita tælis in aliū modū formatis

scutorum etiã & galearum multiformis speties horrẽdam belli faciẽ præbuerãt. At ubi triti aliquot dies & miles bellum cupit: simul cum luce exercitus oĩs signo dato in p̄liuꝫ ducitur: cũq; his troiani & qui intra mœnia sotii fuerãt. At græci instructi pro tẽpore opperiri debilitati aliquãtuꝫ aĩo metu ingẽtis atq; incogniti hostis. Igit̃ ubi intra tæli iactũ uentũ est tũ uero barbari clamore ingẽti ac dissono ruinæ modo irrũpunt: nostri cõfirmati iter se satis ĩpigre uim hostium sustẽtauere. Sꝫ postq̃ acies renouatæ atq; in ordinẽ reformatæ sunt: & iã hinc atq; inde tæla cœpere cadũt utriusq; exercitus plurimi: Neq; finis fit quoad Memnon curru uectus adhibito secũ fortissimo quoq; medios græcoꝝ inuadit primũ quẽq; obuium fundens aut debilitãs. Ita iã plurimis nostrorũ interfectis ducib9 ubi fortuna belli uersa neq; spes reliqua nisi in fuga est uictoriã cõcesser̃. Eo die incẽse deletæq; naues omnes forent: ni nox pfugiũ laborãtium ingruẽs hostes ab ĩcœpto cohibuisset: tãta in Mẽnone bellãdi uis peritiaq;: & nostris aduersæ res. Igitur græci postq̃ requies est pculsi inter se ac sũma rerum diffidẽtes p uniuersam noctꝫ quos in bello amiserant sepeliere. Dein consiliũ futuri certaminis aduersum Mẽnonem ineunt: ac placet sorte eligi nomen ducis cum eo bellaturi. Tũc Agamemnon Menelaum excipit Vlyxem & idomeneũ: Sors ag icæpta Aiacem Telamonium uotis omniũ desigit. Ita refectis cibo corporibus reliquũ noctis cũ quiete trãsigũt: At lucis principio armati instructiq; pro negotio pugnam aggrediunt̃ neq; segnius a Mẽnone actũ cum quo troiani omnes. Ita hinc atq; inde ordinato exercitu p̄lium inituꝫ. Tum plurimi utriusq; partis ut in tali certamine cadũt aut icti grauiter prelio decedunt. In quo bello Antilochus Ne:

Dē bello troiano

storis obuius forte memnoni interficit. Moxq; Aiax ubi tps uisum ē inter utrāq; aciē progressus lacessit regem: p̄dicto prius Vlyxi & idomeneo ut a cæteris se defenderent Igitur Memnon ubi ad se tendi uidet curru desilit: confligitq; pedes cum Aiace magno utriusque partis metu atq; expectatione: qum dux noster summa ui umbonem scuti eius tēlo in aliquantum perforatū animis ac summis uiribus ingruens impulit uertitq; in latus: Quo uiso regis comites accurrere Aiacem exturbare nitentes. Tū achilles ubi a barbaris intercedi uidet pergit cōtra & nudatum scuto hostis iugulū hasta transfigit. Ita præter spē interfecto Mēnone animi hostiū cōmutātur & græcis aucta fiducia Iā æthiopū uersa acie nostri instātes cædūt plurimos. Tū Polydamas renouare p̄lium cupiens circumuētus ad postremum atq; ictus inguina ab Aiace interficitur. Glauc9 Antenoris aduersum Diomedem astans Agamemnonis tælo cadit. Tum uero cęterę hinc æthiopes cum troiāis per omnem campū sine ordine atq; impio fugientes multitudine ac festinatione inter se implicari cadere ac mox palantibus equis proculari: hinc græcis resumptis animis sequi cædere: impeditos dissoluere atq; ita cōfodere laxatos redundant circum muros campi sanguine: & omnia: qua hostis ingruerat armis atque cadaueribus repleta sunt. In ea pugna Priami filiorum Atreus & Echion ab Vlyxe interfecti sunt: Drapsis Bias & Coritha ab Idomeneo: ab Aiace Oilei Ilioneus cum Philenore: Itē Thiestes: & thelesites a Diomede. ab aiace uero altero Antiplus Agapn9 Agathon atque Claucus: & ab Achille Asteropeus. finis factus est. POSTQVAM GRAECOS SAtias & ad postremum fatigatio incessit: ad tentoria digrediun

tur: At ubi a nostris in castra recessum ē missi fuere a troianis qui peterent eorum qui in bello ceciderant corpora humandi ueniam: ita collectos suos quisque igni cremant & more patrio sepeliunt: seorsum a cæteris cremato Memnone cuius reliquias urna conditas per necessarios regis remisere in patriū solū. At græci lautū bene cadauer Antilochi iustis factis Nestori tradunt eūque orāt ferret æquo animo fortunæ belliq; aduersa. Ita ad postremum corpora sua quisq; curantes uino atq; epulis per multam noctē Aiacem simulq; Achillem laudibus celebrant atq; ad coelum tollunt. At apud troiā ubi requies funeruȝ est nō iam dolor ex casu Mēnoni sed metus summæ rei & ad postremum desperatio incesserat: quum Sarpedōis interitus inde insecuta paulopost Hectoris clades spes reliquas animis abstulissent: neq; quod postremum per Mēnonē fortuna auxilium obtulerat reliquū iam existeret: Ita confluentibus in unū tot aduersis curam oēm exurgendi omiserant: Atq; post paucos dies græci instructi armis processere in campum lacessentes si auderent ad bellandum troianos: Quis Alexander dux cum reliquis fratribus militeȝ ordinat atq; aduersum pergit: Sed priusq̄ ferire inter se acies aut iaci tæla coepere barbari solutis agminib9 fugam faciunt: cæsiq; eorum sunt plurimi aut in flumen precipites dati. quū hinc atq; inde ingrueret hostis atq; undiq; adempta fuga esset: capti etiam Lycaon & Troilus Priamidæ: quos in medium productos Achilles iugulari iubet indignatus nondū sibi a Priamo super his quæ secum tractauerat mādatum. Quæ ubi animaduertere troiani tollūt gemitus & clamore lugubri Troili casuȝ miserandum in modum deflent recordati ætatem eius admodum immaturā

De Bello Tro[iano]

qui in primis pueritiæ annis cum uerecundia & probitate tum p̃cipue forma corporis amabilis atq; acceptus popularibus adolescebat. DEIN transactis paucis diebus solenne Thymbræi Apollinis incessit requies bellandi per inducias interposita. Tum utroque exercitu sacrificio consistente Priamus tempus nactus Idæum ad achillem sup Polyxena cũ mandatis mittit. Sed ubi Achilles in luco ea quæ perlata erant tum ab Ideo separatim ab aliis recognoscit cognita re apud naues suspitio alienati ducis & adpostremũ indignatio exorta ē. Nãq; ãtea rumorē proditiõis demēter ortũ p exercitũ i uер traxerãt. Tũcq; simul uti cõcitat9 militis aim9 leniretur Aiax cum diomede & ulyxe ad locũ pgũt: Hiq; añ rēplũ resistũt opperiētes si egrederetur Achilles: simulq; uti rē gestam iuueni referrent: de cætero etiam deterrent ne colloquiũ clam cum hostib9 haberet. Interim Alexander compositis iam cum Dephebo insidis pugione cinctus Achillem ingreditur confirmator uelut eorum quæ rex Priamus pollicebatur. Moxque ad aram Apollinis quo ne hostis dolum persentisceret aduersus ducem assistit. Dein ubi tempus uisum est deiphebus amplexus inermem iuuenē quippe in sacro Appollinis nichil hostile metuentem exosculari gratulariq; super his quæ consensisset: neq; ab eo diuelli aut omittere: quem Alexãder librato gladio procurrēsq; aduersus hostem p utrũq; latus geminato ictu transfigit. At ubi dissolutum uulneribus animaduertere parte alia q̃ uenerant proruunt sese: ita maxima re & super uota omnium perfecta in ciuitatē recurrunt. Quo uiso ulyxes non temere est inquit q̧ turbati ac erepidi repente prosiliere: Dein ingressi lucum circunspicientesque uniuersa animaduertunt Achillem stra

tũm humi exanguem atq; etiam seminecem: Tum Aiax fuit quod confirmatum ac uerum etiam per mortales nullus hominum existere potuisset qui re uera uirtute superaret sed uti palam est tua te inconsulta temeritas perdidit. Deinde Achilles extremum adhuc retentans spiritũ dolo me atq; insidiis inquit Deiphebus atque Alexander Polyxenæ gratia circumuenere: Tum expirantem eũ duces amplexi cũ magno gemitu atque exosculati postremũ salutant. Deniq; Aiax examinem iam humeris sublatũ luco effert. Quod ubi animaduertere troiani omnes simul portis proruunt eripere achillem nitẽtes atque inferre intra mœnia scilicet more solito illudere cadaueri eius gestiẽtes: contra græci cognita re arreptis armis tendunt aduersum paulatimque omnes copiæ productæ: ita utrinque certamen breui adoleuit: Aiax tradito hisqui secum erant cadauere. Dein infensus Asium Dimanthis Hecubæ fratrem quem primum obuium habuit interfecit: Dein plurimos uti quem intra tælum fecerant. inquis Iastes & Amphimacus reperta re: peritiaque ducis Aiax oilei & menelaus adiũcti fundũt plurimos atq; in fugam cogũt. Quare troiani cæsis suorum plurimis nusq̃ ullo certo ordine resistendi dispersi palantesq; ruere ad portas neque usq̃ nisi in muris salutem credere: Quare magna uis hostinm ab insequentibus nostris obtrũcatur: Sed ubi clausis portis finis cædendi factus est græci Achillem ad naues referũt Tuncq; reflentibus cunctis ducibus casum tanti uiri plurimo militum dolore neq; uti res exposcebat tristicia cõmoueri: Quippe quis in animo hæserat Achillem sæpe cõsilia prodendi exercitus inisse cum hostibus: Ceterũ interfecto summam militiæ orbatam & ademptum spei

q̃ plurimũ: cui egregio bellandi ne hõestam quidem mor
tem haud aliter q̃ in obscuro oppetere licuerit. Igitur pro
pere ex ida apportata ligni uis multa atque in eodem loco
quo antea Patroclo bustum extruunt: Dein posito cada-
uere subiectoque igni iusta funeri pagunt: Aiace p̃cipue
insisteute qui per rriduum continuatis uigiliis haud prius
abire desistit q̃ teliquiæ coadunarentur: solusnanq; omni
um pœne ultra uirilem modum interitu Achillis conster
natus est: Quippe qum amicissimum & sãguine coniun
ctum sibi: tum præcipue plurimum uirtute cæteros ante
cedentem sciret. Contra apud troianos lætieia atque gra
tulatio cunctis incesserat interfecto: q̃ metuendo hoste
Alexandriq; commentum laudantes ad cælum ferunt sci
licet quum insidiis tantum perfecerit: quãtum in certami
ne ne audiret quidem. INTER quæ tam læta nũcius Pri
amo superuenit Eurypilum Thelephi ex mysia aduenta
re. quem rex multis antea illectum præmiis: ad postremũ
oblatione Cassandræ cõfirmauerat: Sed inter cætera quæ
ei pulcherrima miserat: etiam uitem quandam auro effe-
ctam & ob id per populos memorabilem. Cæterum Eu-
rypilus uirtutibus multis clarus Mysiæ his modo citisq;
instructus legionibus summa fama læticiaq; troianis ex-
ceptus spes omnes barbaris in melius conuerterat. Inte-
rim græci Achillis ossa urna condita adiunctaq; simul Pa
trocli in Sygæo sepeliere: cui sepulchrum etiam extruen-
dnm iis qui in eo loco habitabant mercede Aiax locat: in-
dignatissimus ide græcis q; nichil in his dignum doloris
iuxta amissionem tanti herois animaduerteret. PER
IDEM TEMpus Pyrrhus (quem Neoptolemũ memo
rabant Achille genitum ex Deidamia Lycomedis(super

uueniens offendit tumul:um extructum iam ex parte ma
xima: Dein percontatus exitiuз patris doctusq; myrmido
nas gentem fortissimam & inclytam bellandi armis atq;
animis confirmat: impositoq; faciendo operi Phœnice ad
naues atque tentoria parentis uadit: ibi custodem rerum
Achillis Hippodamiam animaduertit: moxque cognito
aduentu eius in eundem locum a cunctis ducibus cõcur-
ritur uti animum æquum haberet deprecãtur: Quis be
nigne respõdens: nec sibi ait ignoratum esse omnia quæ-
cunq; diuinitus fierent forti animo pectoreq; patiẽda: ne-
q; cuiq̃ super fatum uiuendi concessam legem: turpẽ nãq;
ac detestandã uiris fortibus cõditionẽ senectæ cõtra ibelli
bus optabilem. Cæteꝝ sibi eo leuiorem dolorẽ eẽ q̃ nõ in
certamine neq; in luce belli Achilles interfectus essз: quo
fortiorẽ ne optasse q̃dem quenq̃ existere nũc uel p̃teritũ
excepto uno illo hercule. Addit p̃terea solũ uiꝝ dignuз ea
tẽpestate: sub cuius manibus excindi troiam deceret: neq;
tñ abnuere q̃ infectum a patre relictum eẽt a se: atq; a cir
cunstãtibus perfici. POSTQVAM finem loquẽdi fe
cit: in proximum diem certamen pronũciatum duces oẽs
(ubi tẽpus uisum est) solito ad Agamẽnonẽ cœnatuз ue
niunt. In quis Aiax cum Neoptolemo Diomedes ulyxes
& menelaus. hiq; inter se eundem locũ cœnandi capiũt: in
terim iter epulas p̃mas iuuẽi patris fortia facinora enume
rauere: uirtutemq; eius commemorando efferre laudib9
Quis pyrrhus non mediocriter lætatus accẽsusq;: enixu
rũ se oĩ ope respondit: quo ne indignus patris meritis exi-
steret: deinde sua quisq; tentoria quietum abeunt. Ac po-
stero die simul cũ luce iuuẽis castris egressus offendit Dio
medem cum Vlyxe: Quos salutatos quid causæ ad se ue

niendi foret rogat: hiq; aiunt interponendam dieruz moram ad reficiendos milites cum eius animo: equis lōgo maris itinere torpentibus etiam nunc membris: & ob id nec quicq̄ satis firmo nisu aut solitis uiribus agerent: itaq; ex eorum sententia biduum interpositum est. Quo transacto omnes duces regesque suis quisq; militibus instructis exercitum ordinant atq; in pugnam uadunt: in quis Neoptolemus regens medios circa se mirmidonas atq; Aiacez quem affinitatis merito parentis loco percolebat. Interim troiani uehementer mouentur: maxime q̄ suis indies deficientibus auxiliis nouus aduersum se miles pararetur cuz memorando duce: tamen Eurypili hortatu arma capiunt his nanq; adiunctis secum regulis copias suas troianis mixtas porta educit: atq; ita ordinata acie medium se locat. Tum primum Aeneas aspernato certamine intra muros manet execratus quippe Alexandri facinus commissum in Apollinem cuius sacris præcipue tuebantur. Sed ubi signum bellandi datum est manus conferunt: magnaque ui utrinq; decurrere. Tum nostris festinantibus secreta dignoscere Cryses manu uti silentiū ageretur significat atq; Helenum secum abducit a quo doctus cūcta græcis ut audierat refert. Addit præterea tempus troiani excidii: idq; a ministris Aenea atque Anthenore. Tum recordatione eorum quæ Calchas edixerat: eadem cuncta congruentiaque inter se animaduertunt. Dein postero egresso die utrinque milite ad bellandum plurimi troianorum cadunt sed ex sociis tamen pars maxima. At uero ubi uehemēti⁹ a nostris instatur: & omni ope bellum finire in animo est: signo dato dux duci occurrit: atq; in se p̄lium conuertunt. TVM Philoctetа progressum Alexandrum lacessit si au-

deret sagittarum certamine. Ita consensu utriusque partis Vlyxes atq; Deiphoebus spatium certaminis definiunt. Igitur primus Alexander incassum sagittam contendit: Dein Philocteta insecutus sinistram manum hosti transfigit: reclamantiq; dolorem dextrum oculum perforat: & iam fugientem insecutus tertio uulnere per utrunq; pedem traiicit. fatigatumque ad postremu3 interficit. Quippe Herculis armatus sagittis quæ infectæ hidræ sanguine haud sine exitio corpori figebantur. Quod ubi animaduertere barbari magna ui irruunt eripere Alexandrum cupientes multisq; suorum interfectis a Philocteta negocium tamen peragunt atq; in ciuitatem reportant. Tumq; Aiax telamonius insecutus fugientes ad usq; porta3 peregit: ibi cæsa uis hominum multa quum festinantibus iter se troianis & singulis euadere inter primos cupientibus magis in ipso aditu multitudine sua detinerētur. Interim multi eorum qui primi euaserant super muros siti collecta undique cuiuscemodi saxa super clypeum Aiacis deiicere congestam qua3 plurimam terram desuper uoluere scilicet ad depellendum hostem qum supra modum grauaretur: quæ egregius dux facile scuto decutiens haud segnius immineret. Deniq; Philocteta eos qui in muris locati erant eminus sagittis perturbat: multosque interficit: neq; secus a reliqs in parte alia res gestæ. Atq; eo die excisa euersaque mœnia hostium forent ni nox ingruens nostros ab incœpto cohibuisset. Qui ubi ad naues regressi sunt læti Philoctetæ facinoribus & ob id maximam animo fiduciam gestantes summo fauore ducem celebrāt: Qui simul cum luce adiunctis sibi reliquis ducibus in prœlium egressus hostis metu suo adeo terruit ut uix se mœnib9 defen

derent. Interim Neoptolemus apud tumulum Achillis postq̃ in auctorem paternæ cædis uindicatum est initium lugendi sumit & una cum Phœnice atq; omni mirmydonum exercitu comas sepulchro deponit pernoctatque in loco. PER idem tempus filii Antimachi (de quo supra memorauimus) adiuncti Priami rebus ad Helenum ueniunt eumq; ut in amicitiam cum suis redeat deprecãtur: ubi nihil proficiunt ad suos remeantes Diomedi atq; Aiaci alteri itinere occurrunt a quis compræhensi productiq; ad naues quinam essent & rem omnem ob quam uenerãt exponunt. Tum nostri recordati patris eorum & quæ aduersum legatos nostros dixerat molitusque sit tradi eos popularibus: atque ante conspectum barbarorum produci iubent dein lapidibus iniectis necari. INTERIM Alexandri funus per partem aliam portæ ad œnonem (quæ ei ante raptum Helenæ denupserat) necessarii sui uti sepeliretur perferunt: Sed fertur œnone uiso Alexandri cadauere adeo commutata uti amissa mente obstupefieret ac paulatim per mœrorem deficiente animo concideret ita uno eodemque funere cum Alexandro contegitur. CAETERVM apud troiam ubi hostis muris infectus magis magisque sæuit: nec iam resistendi ex mœnibus spes ulterius est aut uires ualent cuncti proceres seditionem aduersus Priamum extollunt atq; eius regulos: Denique accito Aenea filiisq; Antenoris decernunt inter se uti Helena cu3 his quæ ablata erant ad Menelaum duceretur. Quod postq̃ Deiphebus cõgnouit traductam ad se Helenam matrimonio sibi adiungit. Cæteru3 ingressus concilium Priamus ubi multa ab Aenea cõtumeliosa ingesta sunt: ad postremum ex consilii sententia iubet Antenorem ad græcos

cūm mandatis belli deponēdi transire q̄ pro muris signū ostendens legationis ubi a nostris recessum est: ad naues uenit. ubi benigne salutatus atque exceptus summū fidei beniuolentiæq; erga græciam testimoniū capit: maximeq; a Nestore q̄ Menelaum insidiis troianorum appetitum cōsilio suo atq; auxilio filiorum seruauerit: pro q̄s euersa troia uitam p̄claram iam polliceri: uti dignū memoria pro amicis aduersum perfidos moliretur. Tū longā exorsus Antenor orationē (semper ait principes troiæ pœnam ob male consulta diuinitus consecuti: dein subiungit Laomedōtis aduersum herculē famosa periuria insecutamq; eius atq; regni euersionem: Qua tempestate Priamus admodū paruulus atq; exps oīum quæ gesta erant: petito Hesionæ regno impositus est: eum iam inde male despicientē cunctos sanguinis sui iniuriisq; ne insectari solitum parcum in suo atque appetentem alieni: Quo exemplo ueluti contagione pessima imbutos filios eius neque sacro neq; profano abstinuisse. Cæterum se eadem stirpe qua Priamū græcis coniunctum animo semper ab eo dissensisse: Hesionā quippe Danai filiam Electram genuisse ex qua ortus est Dardanus qui Teucri filiæ iunctus Erichthonium dedit eiusdē est Tros ex eo Ilus: Ganimedes Cleomestra & Assaricus: atque ex eo Capis Anchisæ pater Ilum deinde tithonum & Laomedontem genuisse. ex Laomedonte Icetaonem Clytium. Lampum. Timœrem. Bucolionem atque Priamum genitos. rursusque ex Cleomestra Lyersū m genitum. Cæterum Priamum cuncta iura affinitatis proculcantem magis in suos superbiam atque odium exercuisse. Postquam finem loquendi fecit: postulat uti (quoniā a senibus legatus pacis missus esset) darent ex suo nūero

De Bello Troiano

cum quis super tali negocio disceptaret: electiq; Agamem non Idomeneus. Vlyxes atq; Diomedes qui secreti ab aliis proditionem componunt. Præterea placet uti Aeneæ: si permanere uellet in fide pars prædæ & domus uniuersa eius incolumis esset. Ipsi autem Anthenori dimidium bonorum Priami regnumque uni filiorum quem elegisset: concederetur ubi satis tractatum uisum est. Anthenor ad ciuitatem dimittitur referens ad suos compoita inrer se lõge alia in quis donum Mineruæ parari a græcis: eosq; cuȝ gratia cupere recepta Helena acceptoq; auro bellũ omittere atq; ad suos regredi. Ita composito negocio Anthenor: traditoque sibi Taltibio: quo res fidem acciperet ad Troiam uenit.

ARGVMENTVM Q VINTI LIBRI.

ANTEnor assumpto Taltibio ad troiam reuersus explicat legationem. Exin decernitur ut ipse atq; Aeneas redeant ad græcos exploraturi certam uoluntatem. Helena clam uenit noctu ad Antenorem: Vlyxes atq; Diomedes ad troiam ueniunt. Duo Helenæ filii extincti. Antenor cosulit græcis ut a templo Mineruæ palladium surripiant. Tractatur de redemptione patriæ. Ignis non comprehendit exta. Aquila partem extorum portat ad græcos. Impositis item extis ab Hecuba ignis extinguitur: sed consulente Cassandra ad rogum Hectoris consumuntur. Palladium clam per Antenorem ad græcos deducitur. Helenus Priami qui apud græcos captiuus erat: dixit imminere exitium troianis. Fit donum Mineruæ equus ex ligno fabricatus per Epeum. Decem duces electi. Priamus orat pro Heleno. Equus cum rotis sub pedibus discissis muris ingreditur. Sinon dat signum. Troia destruit. Domus Ae-

neæ & Antenoris seruantur. Menelaus Deiphebum crudeliter truncatis naribus & cæteris mēbris interficit. Neoptolemus occidit Priamum. Aiax Oilei abstrāhit Cassandram. Helena conceditur Menelao. Polyxenam mittunt in ferias Achilli. Cassandra datur Agamemnoni. Andromacha Neoptolemo. Hecuba Vlyxi. Palladium Aiaci: sed per contentionem concessum fuit Vlyxi. Aiax reperitur ī rerfectus. Vlyxes aufugit. Palladium apud Diomedē manet. Hecuba obruitur lapidibus. Cassandra multa prædicit. Aiacis funus. Filii Aiacis ex Tegmessa commendant Teucro. Aeneas manet apud troiam. Anthenor ad mare adriaticum uenit. Testificatio auctoris de se.

INCIpit Liber Quintus historiæ belli troiani.

a NTENORE Taltibioq; ciuitatem ingressis: cūcti populares: sociiq; cognita reppere concurrunt: cupientes dignoscere quæ apud Græccos actitata essent. In quibus Antenor in proximū diem relatum differt: atq; ita dimisso conuentu disceditur. Tum inter epulas (qum taltibius interesset) filios suos monere Anthenor nihil his in uita custodiēdu3 q̄ uti antiquissimam ducerent cum græcis amicitiam. De in singulorum probitatem: fidem atq; innocentiam commemorando admirari. Ita finito conuiuio quietum disceditur. At lucis principio: cunctis iam in concilio spectantibus audire: siquis modus tantis malis fieret: Cum Taltibio ipse uenit: neque multo post Aeneas. Dein Priam9 cū residuis regulis Denique ubi ea quæ a græcis audierat: uisus est dicere: hoc modo dissernit. Graue troiani principes uosq; socii graue bellum nobis extitisse aduersu3 græciam

grauius uero multoq; durius mulieris cã hostes effectos q̃ amicissimos: qui inde iam a Pelope orti affinitatis etiam iure nobis coniuncti sunt. Namque si præterita mala summatim attingere oporteat quando ciuitas nostra depressa erumnis ad requiem emersit? unq̃ ne nobis defuere fletus? aut sotiis imminutæ calamitates? Quando non amici propinqui parentes filii deniq; in bello amissi sunt? Et ut ex me reliquorum luctuum memoriam recenseam qd nam Glauco filio tolleraui? cuius interitus q̃q̃ acerbus mihi non tamen ita dolori fuit q̃ tempus illud: quo adiunctũ Alexandro ad raptum Helenæ comitatum suum præbuit. Sed præteritorum satiãs: futuris saltem parcendum ac consulendum est: Græci homines custodes fidei ac bonitatis principes beniuolentiæ atque officiorum: Testis his rebus Priamus qui in ipso strepitu discordiarum: fructum tamen misericordiæ eorum tulit neque in inferendo bello quicq̃ prius tentatum ab his q̃ perfidiam in ipsa legatione insidiasq; a nostris experti sunt. In qua re(dico enim quod sentio) Priamus eiusq; filii auctores in his etiam Antimachus qui recens amissis liberis iniquitatis suæ pœnas luit Hæc omnia in gratiam gesta Helenæ eius scilicet mulieris quam nec græci quidem recipere gestiunt: retineatur igitur in ciuitate ea fœmina ob quam populi amici etiam aut non infesti huic regno: nonne sponte suppilces ut iam recipiant rogabimus? non omni modo faciemus læsis iam totiens per nos? Non in futurum saltem reconciliabimus tales uiros? Ego quidem abibo iam hinc & discedam longius. Neque committam ulterius ur intersim malis nostris. Fuit tempus quo manere in hac ciuitate iocundum erat: socii amici propinquorum salus patria denique

incolumis attinuere. Nunc dico mihi contra nunc quid horum non imminutum aut ĩ totum ſublatum nobis eſt non feram me cum his immorari quorum opera cuncta mihi cum patria cõcidere. Et eos quidem quos in bello fortuna eripuit utcumque iã ſepeliuimus concedenti bus ultro ueniam. Deorum aræ atq; delubra ſanguine humano per ſcelus infecta ſunt. hoc etiam admiſimus. Quippe quis maiora ſupplicia poſt morrem chariſſimorum quã in ipſa amiſſione luenda ſunt. Quæ ne accidant nunc ſalteʒ prouidete: auro atque huiuſmodi aliis p̃miis redimẽda patria. Multæ in hac ciuitate dites domus ſinguli pro facultatibus in medium cõſulant. Poſtremo offeratur hoſtibuſ quod mox interitu noſtro ipſorum futurum eſt: templorum etiam ſi neceſſe erit ornamentis pro incolumitate patriæ utendum eſt: ſolus ſuas opes intus cuſtodiat Priamuſ ſolus diuitias potiores ſuis ciuibus teneat: his etiaʒ quæ cũ Helena erepta ſunt incubet. ipſe uiderit quem ad finem utendum putet patriæ calamitatibus: nos uicti iam ſumuſ malis noſtris. Hæc atq; alia cum laehrymis eo differente cuncti ſimul gemitum edunt tendenteſque ad cœlum manus annuere tot aduerſis rebus primum ſinguli uel inter ſe omnes finem miſeriarum deprecantur. Ad poſtremuʒ uno ore patriam redimendam clamant. In quis Priamus dilauians caput fletu q̃ miſerabili non ſolum iam hoſtibuſ odioſum uerum ſuis hoſtem effectum: Quippe cuiuſ nõ amicum antea non propinquus non deniq; quiuis ciuiſ inueniri poſſet qui erumnis ſuis ingemiſcere iamque optaſſet. Hæc non nunc demum uerum uiuis Alexandro atqui Hectore agi cœpta. Sed quoniam præterita reuocare nulli conceſſum eſt præſentium habendam rationem ſpemq;

futuris adhibendam: se namque omnium quæ haberet ad redemptionem patriæ potestatem dare: quam rem Antenori agendam permittere. Cæterum se quoniam iam odium suis esset abire e conspectu consentientem his: quæ inter se decernerent. Tum separato rege placet uti Antenor ad græcos redeat exploratum uoluntatem certam: adiunctusque ei Aeneas: ipsa composita re disceditur? Sed media ferme nocte Helena clam ad Antenorem uenit suspicans tradisse Menelao & ob id iram derelictæ domus metuens. itaque eum orat uti inter cætera sui quoque apud græcos commemorationem faceret ac pro se deprecaretur: Cæterum (ut cognitum est) post Alexandri interitum inuisa ei apud troiam fuere omnia desideratusque ad suos reditus. Ac lucis initio quibus imperatum erat ad naues ueniunt decretum ciuium cunctis narrant. Itaque cum quis ante ad confirmanda quæ tempus monebat secedunt: ubi quum multa de republica: ac summa rerum differerent uoluntatemque Helenæ docent ueniamque orant. Et ad postremum confirmant inter se proditionis pactionem. Dein ubi tempus uisum est cum Vlyxe & Diomede ad troiam ueniunt: cohibito Aiace ab Aenea scilicet ne qua insidiis opprimeretur talis uir quem solum barbari non secus quam Achillem metuebant. Igitur postquam duces græciæ in ciuitate conspecti sunt cuncti ciues tollunt spe animos existimantes finem belli atque discordiarum. Itaque propere senatus habitus: ubi nostris præsentibus discernitur primum omnium Antimachum ex omni phrygia exulandum scilicet auctorem tanti mali. Dein super conditionem pacis tractari coeptum: inter quæ strepitus repente ex pergamo (ubi rex Priamus erat) clamorque ingens tollitur. Quare turbati qui in concilio erant foras

& interrogabant ab illis: q̃ cũ Alexandro uenerãt qui eẽnt
uel ad quid ueniſſent: reſpondere a Priamo rege Alexan-
drum legatũ miſſum ad caſtorem & Pollucẽ: ut eos conue
nirent. Helẽa uero Menelai uxor cuꝫ alexander ĩ inſula eẽt
Citherea uoluit euꝫ uidere. Q ua de cauſa proceſſit ad op
pidũ quod eſt helena puenitq; ad mare ubi Dianæ & apol
linis fanum eſt ubi rẽ diuinam Helena facere diſpoſuerat.
Q uod ubi alexandro nunciatũ ẽ Helenã ad mare ueniſſe
cõſcius formæ ſuæ: in cõſpectu ei9 ambulare cœpit: cupiẽſ
eã uidere. Helenæ nunciatũ eſt alexandruꝫ Priami regis fi
lium ad helenã oppidũ: ubi ipſa erat ueniſſe: quẽ etiã illa ui
dere cupiebat. Et cuꝫ ſe utiq; reſpexiſſent ambo forma ſui
incenſi tempus dedere: ut gratias inuicem referrent alexã-
der imperat: ut omnes ſint in nauibus parati. Nocte claſ-
ſem ſoluunt: de fano Helenam eripiunt: ſecum ducunt &
cum ea aliquas mulieres rapiunt. Dum oppidani uidiſſent
helenam raptam, diu pugnauere cum Alexandro: nec he
lenam eripere ualuere. Q uos alexander fretus multitudi
ne ſociorum ſuperauit: fanum expoliauit: homines ſecum
ĩde q̃plurimos captiuos duxit: naui impoſuit: & ſtatim claſ
ſem ſoluit domum reuerti diſpoſuit: in portũ tenedon per
uenit: ubi Helenam mœſtam alloquio mitigauit. Patrique
rei geſtæ nunciuꝫ miſit. Menelao poſtq̃ in pilo nunciatũ ẽ:
cum Neſtore ſpartam ꝓfectus eſt ad Agamemnonem fra
trem miſit argos rogans ut ad ſe ueniant. Intetea alexan-
der ad patrem ſuum: cum magna præda peruenit: & rei ge
ſtæ ordineꝫ refert. Priamus gauiſus eſt ſperans græcoſ ob
hanc cauſam recuperationis Helenæ ſororẽ heſionam red
dituros: & ea quæ a troianis inde abſtulere. Helenam mœ

ſtam conſolatus eſt: eamq; Alexandro uxorem dedit. Vt aſpexit Caſſandra Helenam uaticinari cœpit memorans ea quæ ante prædixerat:: quā Priamus abſtrahi & includi iuſſit. Agamemnon poſtq̄ ſpartam uenit fratrem conſolatus eſt & placuit ut per totam græciam conqueſturi mitterentur ad conuocandos græcos: & troianis bellum indicerent. Conuenere aūt hii achilles cum patroclo: Tlepolemus & Diomedes poſtq̄ partam acceſſere decreuere iniurias troianorum perſequi cum exercitu. Agamemnonem imperatorem & ducē præficiunt tunc legatos mittunt per totam græciam ut armati ad athenienſem portum cuʒ nauibus uenirent ut inde pariter ad troiam ꝓficiſcātur ad defendendas ſuas iniurias. Caſtor & pollux iere poſtq̄ audierunt Helenam ſororem ſuam raptam nauim aſcendere & ſecuti ſunt. Cum in littore leſbio nauim ſoluerent maxima tempeſtate correpti nunq̄ eos comparuiſſe creditum eſt poſtea dictum eſt eos immortales factos. Itaque leſbios nauibus eos uſq; ad troiam quæſitū eſſe neq; horuʒ ueſtigia inuenta renunciaſſe. Dares phrygius qui hanc hiſtoriam ſcripſit ait ſe militaſſe uſq; dum troia capta eſſet hos ſe uidiſſe cū induciæ eſſent pariter prœlio interfuiſſe a dardanis aūt dixit ſe audiiſſe quum īterrogaret qua facie & natura fuiſſent Caſtor & pollux fuere autē alter alteri ſimilis capillo flauo oculis magnis facie pura bene figurati corpore deducto. Helenam ſimilem illis formoſam animo ſimplici blandam cruribus optimis notā inter duo ſupcilia habentem ore puſillo. priamū troianoꝝ regē uultu pulchro magnū uoce ſuaui aqlino corpore. Hectoreʒ bleſuʒ candidū criſpum ſtrabū pernicib9 mēbris uultu uenerabili barbatū decentē bellicoſū aio magnū ciuibus clæmentem di-

gnum & amore captũ Deiphæbũ & Helenũ similes pr̃i dis similes natuta captũ deiphebũ forté helenũ clemētē doctũ uatē. Troliũ magnuꝫ fortissimũ:pulcherrimũq; ætate ualentem fortem eupidum uirtutis. Alexandrum candiduꝫ longum forté:oculis pulcherrimis capillo flauo & molli: ore uenusto:uoce suaui uelocem cupidum imperii. Aeneam rufum:quadratũ facundũ affabilem fortem in cõsilio pium:uenustum oculis hilaribus & nigris. Antenorem lõgum gracilem uelocibus membris uersutum cautum. Hecubam magnam aquilino corpore pulchram:mentem uirili iustam piam. Andromacham oculis claris candidam longam formosam modestam sapientem pudicam blandam. Cassandram candidam. medioci statura: ore rotundo:rufam oculis micantibus futurorum præsciam. Polyxenam candidam altam formosam collo longo oculis uenustis capillis flauis & lõgis compositam membris dignis:digitis prolixis:cruribus rectis pedibus optimis:quæ forma sua omnes superaret:animo simplici largam:dapsilem. AGAMEMNONEM albo corpore magnum: membris ualentibus:facundum prudentem:nobilem diuitem. Menelaum mediocri statura rufum formosum:acceptum:gratum. Achillem pectorosum: ore uenusto: membris ualentibus:magna ui brachiorum: bene crispatum:clæmētem: in armis acerrimum:uultu hylari larguꝫ: dapsilem capillo mirteo. Patroclũ pulchro corpore: oculis [illegible] cesiis uiribus magnis uerecundum:rectum prudentem dapsilem. Aiacem oileum quadratum ualentibus membris aquilino corpore iocundum fortem sagacem. Aiacem thelamonium ualentem uoce clara capillis nigris coma crispa simplici animo in hostem atrocem. Vlyxem fir-

mū:dolosum:ore hylari:statura media:eloquentē:sapientē. Diomedē fortem:quadratū:corpore honesto uultu austero in bello acerrimū clamosum cerebro calidū īpatientem audacem. Nestorē magnū naso longo longum latum candidum consiliarium prudentem. Protesilaum corpore candido uultu honesto uelocem confidentē temerarium Neoptolemum magnum uirosum stomachosum blesuꝫ uultu bonum ad uncum oculis rotundis superciliosum. Palamedem gracilem longum sapientem animo magno blandum podalirium crassum ualentem superbum tristē. Machaonem magnum fortem certum prudentem pacientem misericordem. Merionem rufum mediocri statura corpore iocundo uitiosum pertinacem crudelem impatientem. Briseidam formosam. nec alta statura candidam capillo flauo & molli superciliis iunctis oculis uenustis corpore æquali blandam uerecundiam animo simplici & piam. Sic igitur classe ornata græci athenas peruenerunt Agamemnon ex mycenis cum nauibus numero centum. Menelaus ex sparta nauibus numero. lx. Archelaus & protenor ex boecia nauibus numero. l. Ascalafus & Ialmenus ex Orcomeno nauibus numero. xxx. Epistrofus & schedius ex phocide nauibns numero. xl. Aiax thelamonius ex salamina adduxit secum Teucrum fratrem bublationem Amphimachum Dorium thesium Polisenum nauibus numero. xl. Nestor ex pilo nauibus numero. lxxx. toas ex etholia nauibus numero. lx. Aiax oileus ex locris nauibus numero. xxxvii. Anthippus phidippus thoas ex alcedone nauibus numero. xxx. Idomeneus & meriones ex creta nauibus numero. lxxx. Vlyxes ex itacha nauibus numero. xl. Emelius ex pirgis nauib9 numero. x. Pro

tesilaus & Protarchus ex philaca. nauibus numero. xl. Podalirius & Machaon æsculapii filii Ectrici nauibus numero. xxxxii. Achilles cum patroclo & myrmidonibus ex pithia nauibus numero. l. tlepolemus ex rhodo nauibus numero. ix. Euripilus ex orcomeno nauibus numero. lx. Xātippus & Amphimachus ex elide nauibus numero. xii. Polibætes & Leontius ex larissa nauibus numero. xl. Diomedes euripilus stenele9 exargis nauibus numero. lxxx. Philocetes ex melibæa nauibus numero. vii. cuneus ex cypro nauibus numero. xxi. Protheus ex magnesia nauibus numero. xl. Agapenor ex archadia nauibus numero. xl. Menesteus ex athenis nauibus numero. l. Creneus ex pilo nauibus numero uiginti duab9. Hii fuere duces græcorū numero sexaginta nouem: qui adduxere naues numero mille. c. xl. POSTQVAM athenas uenere Agamēnon duces in concilium uocat: collaudat hortatur: ut q̃ primum ĩiurias suas defendant: rogat si cui quid placeat suadetque: ut anteq̃ proficiscerentur: delphos ad apollinem consulendum de tota re mitti: cui omnes assentiuntur. Huic rei Achilles præficitur: & cum Patroclo proficiscitur. Priamus ut audiuit quia hostes parati sunt misit per totam phrygiam qui finitimos adducant exercitus: domique milites comparat: q magno animo se defendant. Quum Achilles delphos uenisset ad oraculum pergit: & ex adyto respondetur græcos uicturos decimoq; anno troiam capturos: Achilles res diuinas sicut imperatum est fecit: & eo tēpore uenerat calchas a testore natus: & diuina dona pro phrygibus a suo populo missus apollini portabat: simulq; consulit de regno rebusq; suis: huic ex adyto respondetur: ut cum argiuorum classe militum contra troianos profi-

ciſcatur̃ eoſq̧ ſua intelligentia iuuet:ne uel inde prius diſcedant:q̃ troia capta ſit. Poſtq̃ in fanum uentum eſt:inter ſe Achilles & calchas reſponſa contulere:gaudenteſq̧ hoſpitio:amicitiam confirmant Athenas una proficiſcentes p‸ ueniunt: & achilles eadem in concilio refert: argiui gaudent chalcantem ſecum recipiunt: claſſem ſoluunt eum eas tempeſtates ibi retinerent Calchas ex augurio reſpondit:ut hinc reuertantur & in aulidem proficiſcantur: profecti perueniunt. Agamemnon dianam placat dicitque ſociis ſuis: ut claſſem ſoluant ad troiam iter faciant utuntur duce philoctecta:qui cum argonautis ad troiam fuerat:Deinde applicant claſſe; ad oppidum quod ſub imperio Priami regis erat:& id expugnant prædaq̧ facta proficiſcuntur. Poſt ueniunt tenedon ibi omnes occidunt. Agamẽnon prædam diuidit: concilium uocauit: Inde legatos ad Priamum mittit:ſi uelit Helenam reddere:& prædam quã Alexander fecit reſtituere: legati eliguntur Diomedes & Vlyxes ad Priamum ueniunt. Dum legati mandato parent: mittuntur Achilles:& Telephus ad prædandam myſiam ad Teutrantem regem ueniunt: prædamq̧ faciunt: Teutras cum exercitu ſuo ſuperuenit: quem Achilles fugato exercitu uulnerat: quem iacentem Telephus clipeo protexit:ne ab Achille interficeretur. Eo tempore Telephus adhuc puer erat a patre hercule progenitus:a Theutrante Rege hoſpitio ſuſceptus eſt. Diomedem regẽ ferũt eo tempore uexatum cum equis potentibus & feris ab Hercule interfectum. Teutrantiq̧ regnum tradidiſſe totum ob hoc eius filium Telephum ei ſuppecias ueniſſe: Quod cum Theutras intelligeret: tunc ſe eodem uulnere mortem effugere non poſſe regnum ſuum & my

fiam uiu9 Telepho tradidit. & eum regem ordinauit. mortuum Telephus magnifice sepeliuit: Achilles ut nouũ regnum conseruet, suadet & plus iusto exercitum adiuturũ si commeato frumento quot annis ex eo regno aduehat q̃ si ad troiam dimicaturus accedat. Itaq3 telephus remanet. Achilles cum magno præde commertio ad exercitum tenedon reuertitur. Agamemnoni & sociis rem gestã narrat illi collaudant industriam eius. Interea legati missi ad Priamum ueniunt mandataq3 Agamemnonis referũt postulantes ut Helena & præda reddatur satisq3 regi fiat: ut pacifice discedant. Priamus iniurias argonautarum commemorat: patris interitum: Troiæ expugnationem: & Hesionæ sororis seruitutem: Deniq3 Antenorem legatum q̃ contumeliose ab eis tractatus sit: pacem repudiat: bellum indicit: græcorum legatos de finibus repelli iubet. legati in castra tenedon reuertuntur: renunciantes responsum: res consultim geritur. Aderant uero ad auxilium Priami aduersus ductores duces græcorum hi cum exercitibus suis: quorum nomina & prouincias insinuandas esse duximus: Ecelia pandarus Amphidarastus. De colophonia a suis cariis Amphimachus menesteus. Delicia sarpedon Claucus. De Larissa Hipotogus & cupesus de Cironia remus. de Thracia Pirus & Alcamus. de Peonia Paractemesus Teropeus. de phrygia Ascanius Xandippus Portius. De Fliconea Eusemeus. de Boecia Sanias Asimaus & Foricus. de Buctino Epistropolis & Boecius. de Palaconia Philleminus. de Aethiopia Pirses & Memnon. de Tracia Hesens & Archillogus. de Agrestia Adrasthus & Amphius. de auzõio Epistrophus. His ductoribus & exercitibus qui cuncta paranda pararent. Præfecit Priamus prin

cipem & ductorem Hectorem: deinde Deiphebum Alexandrum. Troilum. Aeneam Memnonez. Dum agamenon consulit de tota re & ex Cormo aduenit nauplii filiꝰ palamedes cum nauibus. xxx. ille se excusauit morbo affectum Athenas uenire nō potuisse qui uēiret qum prim ū potuerit illi gratias agunt: rogātq; eum in cōsilio esse: Deinde qum argiuis non cōstaret exeundi ad troiā clam noctu an interdiu faecerent. Palamedes sic iam detractionem reddit in luce in troiam excessionem fieri oportere: & manum hostium deduci. itaque omnes ei assentiunt cōsulte agamemnonem exercitui ꝓficiunt: legatos ad Mesiaz caeterisque locis mittunt: ut exercitui commeatus supportādos curent Hesiodum demorantem & Aniuz. Deinde exercitum ad concionem uocat collaudat: imperat hortatur monet diligenter: ut dicto obedientes essent. Signo dato naues soluunt: tota classis ad latitudinem accedit ad Troiam: littora troiani fortiter defendunt. protesilaus in terram excursionem facit: fugat caedit: Cui Hector obuiam uenit & eum interfecit: caeteros perturbat: unde Hector recedebat: ibi troiani fugabantur. Postquam magna caedes utrinq; facta est. aduenit achilles totum exercitum in fugā conuertit. redegitque omnes in troiam: nox proeliū dirimit. Agamemnon exercitum totum in terram ducit: castra facit. Postero die Hector exercitum ex urbe educit & instruit. Agamemnon contra acri clamore occurrit ꝓlium acre atque iracundum geritur: nam fortissimꝰ quisque in primis cadit. Hector patroclum occidit: & spoliatū ex acie accepit: Merionemq; persequitur & occidit. quem qum similiter spoliare uellet: Menestheus superuenit: & Hectorem in foemore uulnerauit: qui saucius multa milia

occidit:& festinauisset argiuos in fugam uertere:nisi obuius illi aiax Thelamonius superuenisset. Aduersus quẽ cuꝫ congrederetur:cognouit eum eẽ de sanguine suo. erat enĩ de Hesiona sorore priami natus. Quo pacto Hector a nauibus ignem reuocari iussit:& utrique se inuicem remuneraure & amici discessere. POSTERA DIE Græci inducias petunt. Agamemnon Protesilaum magnifico funere effert:cœterosque sepeliendos curat. Achilles Patroclum plangit:argiui suos. Achilles Patroclo ludos funebres facit. Dum induciæ sunt Palamedes non cessat seditionem facere:& indignum aiebat Agamemnonem regem esse qui exercitui imperaret:ipse coram exercitu multa sua ostendit studia:excessionem facit:castrorum munitionem:signi dationem:uigiliarum circuitionem. librarũ ponderumque dimensionem exercitusque instructioneꝫ. Hæc cum a se orta essent non æquum esse:ut cum a paucis imperium datum Agamemnoni esset:eum omnibus: qui postea uenissent imperare:quum præsertim omnes signum uirtutis expectassent in ducibus suis. Dum Achiui de imperio inter se uicissim certant:prœlium post biennium repetitum est. Agamemnõ Achilles Diomedes Menelaus exercitum educunt. Contra Hector Troilus æneas occurrunt:fit magna cædes ex utraque perte fortissimi cadunt. Hector Boetem archilocum Protenorem occidit:nox prœlium dirimit: Agamemnon duces omnes in concilium uocat:suadet hortatur:ut omnes in aciem prodeant:& maxime Hectorem persequantur qui de his aliquos fortissimos duces occidit. Mane autem facto Hector æneas. alexander exercitum educunt. Omnes duces argiuorum prodeunt. Fit magna cædes. Multa milia ex

utroque exercitu dimittuntur orco. Menelaus & Aiax
alexandrum persequuntur: quos respiciens alexander sa
gitta Menelai femur transfigit. Ille dolore commotus pa
riter cum aiace Locro non cessauit eum persequi. Quos
ut uidit Hector instantes fratrem suum persequi: suppeci
as ut uenit cum aenea: Quem aeneas clypeo protexit: &
de prœlio ad ciuitatem adduxit: nox prœlium dirmit: achil
les cum Diomede postera die exercitum eduxit: Contra
Hector & aeneas atiem dirigunt: fit magna cædes. Hector
Orcomeneum Oramenem Palamonem Epistrophum
Schedium Delpenorem Dorium Ppolixenum duces oc
cidit: Aeneas amphimachum: & Nerium: Achilles Eu
phenium Hippotem Asterium: Diomedes Xandippum
Mestem Agamemnon ut uidit duces fortissimos cecidisse
pugnam reuocauit. Troiani læti in castra reuertũtur: Aga
memnon sollicitus duces in consilium uocauit: hortatur:
ut fortiter pugnarent neqꝫ desisterent quoniã maior pars
ex suis exuperata sit: sperare se exercitũ ex mysia quotidie
superuenturum. POSTERA die agamemnon totum
exercitum: & omnes duces in pugnam prodire coegit, cõ
tra Troiani duce Hectore atiem direxerunt. Fit magna
cædes: acriter ex utraqꝫ parte pugnatur: multa milia hinc
& inde cadunt: nec differebatur pugna: ita ut continuis
lxxx. diebꝰ animose pugnatum sit: Agamemnon ut uidit
multa milia quottidie occidi: nec sufficere mortuos sepeli
re: misit legatos ad Priamum: ut inducias ad triẽnium pe
terent. Vlixes & diomedes legati ad Priamum ueniunt:
inducias sicut imperatũ est postulant: ut suos funerarent:
uulneratos curarent: naues reficerent: exercitum compa
parent commeatum conueherent. Vlyxes & Diomedes

noctu ad Priamum legati uadunt: occurrit illis ex troianis dolon: Qui quum interrogaret quid ita armati ad opiduz uenissent: dixere se ab Agamemnone legatos ad Priamuz missos: Quos ut priamus audiuit uenisse: & desiderium suum exposuisse: in cousiliū omnes duces conuocat: Qui bus refert legatos uenisse ab Agamemnone: inducias ad triennium peterent: Hectori suspectum uidetur: quia tam longum tempus postulassent. Priamus dicere imperat: quid cuique uideatur: omnibus placitum est inducias ad triennium dare. interim Troiani mœnia renouāt: suos sau cios curant: & mortuos cum ingenti honore sepeliunt.

TEMPVS pugnæ post triennium superuenit: hector & Troilus exercitum educunt: Agamemnon: Menelaus dio medes etiam ipsi exercitum educunt: fit magna cædes he ctor in prima acie Phidippum: & Xantippum duces in terficit achilles Liconium Euforbium occidit: & cætera ex plebe multa milia ex utraque parte cadunt: acriter pu gnatur diebus continuis triginta. Priamus ut uidit mul tos de suo exercitu cecidisse: mittit legatos ad agamemno nem: ut inducias peterent mensibus. vi. & consilii senten tia agamemnon concedit inducias. Vt autem prœlii tēpus aduenit: acriter per. xii. dies pugnatur: multi duces fortis simi hinc & inde cadunt pluresi uulnerantur plurimi in ipa curatione moriuntur agamēnon mittit ad Priamum lega tos &. xxx. dierum inducias postulauit ut funerare mor tuos suos possit. Priamus consulte fecit annuitque at ubi tempus pugnæ superuenit andromacha uxor hectoris in somnis uidit Hectorem non debere eo die in pugnam pro cedere & quum ad eum uisum referret hæc muliebria uer ba abiicit. Andromacha mœsta misit ad Priamum ut il

lum prohibeat, ne ea die pugnaret. Priamus Alexandrum Helenum Troilum & Aeneam in pugnam miſit. Hector ut iſta audiuit: multum increpans Andromacham: arma ut proferet popoſcit: nec retinere ſe ullo modo potuit. Dũ planctu fœmineo oppidum concitat: ad Priamuȝ in regiaȝ cucurrit: refert ea quæ in ſomnis uiderat: uelle Hectorem ueloci ſaltu in pugnam ire: proiectaq; ad genua aſtante filio ſuo Aſtionacte eum reuocare mandat. Priamus in pugnam omnes prodire iuſſit Hectorem retinuit Agamemnon Achilles Diomedes Aiax Locrus: ut uidere Hectorem in pugna non eſſe acriter pugnauerunt: multoſq; duces ex troianorum numero occidere. Hector ut audiuit tumultum: troianoſq; in bello nimis laborare: proſiluit in pugnam. Statimque Idumeum obtruncauit Hiphilum ſauciauit Leontheum occidit Stenelei iaculo femur figit. Achilles ut reſpexit multos duces eius dextera cecidiſſe: animum in eum dirigebat: ut illi obuius fieret: conſiderabat enim Achilles niſi Hectorem occideret: plures de græcorum numero eius dextera perituros: prœlium interea acre colliditur: hector polibætem ducem fortiſſimum occidit: dumque eum ſpoliare cæpit Achilles ſuperuenit. fit pugna maior & clamor ab oppido & a toto exercitu ſurgit. Hector Achillis femur ſauciauit: Achilles dolore accepto magis eum perſequi cæpit: nec deſtitit niſi occideret quo interempto Troianos in fugam uertit: & maxima cæde eos uſque ad portas ſequitur: cui tamen Memnõ reſtitit & inter ſe acriter pugnauerunt: læſi utrique diſceſſere: nox prœlium dirimit. achilles ſaucius de bello redit noctu troiani hectorem lamentabantur. POSTERA die Memnon troianos educit cõtra græcorum exercitum aga

achillis ab hectore sauciatur

hectoris mors ab achille uulnerato

mēnon exercitum consuluit suadetq; inducias duorū mē sium postulare ut suos unusq́q; sepelire possit. Legati ad Priamum proficiscuntur desiderium prosecuti sunt duorꝝ mensium inducias accipiunt priamus hectorem suorum more ante portas sepeliuit ludosque funebres facit dum i duciæ sunt palamedes iterum non cessat de imperio con queri Itaq; agamemnon seditionem excitat & dixit se de ea re libenter laturum ut quem uellet imperaret. POSTE RO die populum ad contionem uocat: rogat se unq̄ cupi dum imperii fuisse: animo æquo se accipere si cui uellent dare sufficere sibi exercitum troiæ: Sed tamen Mycenis re gnum habere: iubet dicere: si cui quid placeat. Palamedes prodiit: suum ingenium ostendit. Itaque argiui imperium ei libenter tradunt. Palamedes argiuis gratias agit impe rium accipit amministrat. Achilles uituperat imperii com mutationem: induciæ exeunt. Palamedes ornatus exer citum instruit: hortatur. contra idem fecit Deiphebus: pu gnatur acriter a troianis: Sarpedon Licius cum suis im pressionem in argiuos facit cædit prosternit. Obuius ei fit Tlepolemus Rhodius: sed in stando pugnandoque male uulneratus cadit. Secundo Perses Admestæ filius prœ lium restituit: diuque cum Sarpedone communius pu gnando occiditur. Sardedon quoque uulneratus de prœ lio recedit. Itaq; per aliquot dies prœlia fiunt: ex utraq; par te multi ductores occiduntur: sed plures a priamo. Troia ni legatos mittunt: inducias petunt: mortuos utrosque se peliunt saucios curant fide data ultro citroq; in oppidum & castra argiuum commeant. Palamedes Agamemno nem: & Demophoontē Athamantem ad Thesidas mittit Quos legatos Agamemnoni præfecerat: ut commeatus

compararent. & frumentum de mysia a telepho acceptū supportent. hi subueniunt seditiōi: palamedis proditionē narrant. palamedes moleste fert. agamemnon ait moleste non ferre sua uoluntate esse factum. naues onerandas cu rant. palamedes castra munit. turribus circundat. Q uærunt troiani quare exercitum exerceant. cur muru3 urbis diligenter instaurent. fossam & uallum addant. cæteraque diligenter comparent. POSTQ VAM autem anni dies uenit quo hector sepultus est. priamus & hecuba po lixena cæterique troiani ad hectoris sepulchrum profecti sunt. quibus obuius fuit achilles. polixenam contēplatur figit animum. āmare eam uehementissime cœpit. tunc ar dore compulsus odiosam in amore uitam cōsumit. & fere bat ægre ademptum imperium agamemnoni: sibique pa lamedem præpositum cogentem. Igitur phrygio fidelissi mo seruo mandata dat ad hecubam. & ab ea sibi uxorem polixenam poscit: si dederit se cum suis myrmidonib9 do mum rediturum quod cum ipse fecerit. cæteros ide3 factu ros. Seruus proficiscitur ad hecubam conuenit. mandata dixit. Hecuba respōdit uelle: hoc pacto si priamo uiro suo placeat. dum ipsa cum priamo agat seruum reuerti iubet. agamemnon cum magno comitatu ad castra reuertitur. hecuba cum priamo de condictione achillis loquitur. pria mus respondit fieri non posse. non quod eum indignum uel affinitate extremu3 estimet: s3 si ei dederit & ipse disces serit. cæteros graios non discessuros. & iniquū esse filiā su am hosti coniungere: quapropter si id fieri uellet. pax per petua fiat. exercitus discedat. fœderum iura sanciantur: si id factum sit sibi illum libenter filiam daturum. Itaque achilles ut constitutum erat seruum ad hecuba3 mittit ut

ſciat quod cũ Priamo æger it. Hecuba priamo narrat oĩa mandata ſeruo. Hæc ille achilli refert. Achilles in uulgo q̃ritur: In unius mulieris Helenæ cauſa totam Græciam europamque uaſtatam eſſe tanto tempore tot milia hoĩum periſſe: libertatem mancipatã eſſe: unde oportere fieri pacem & exercitum reducere. Annus circumactus eſt. Palamedes exrcitum ducit & inſtruit. Deipheb9 contra: achilles iratus in prœlium non prodit. Palamedes occaſiõe ductus impreſſionem in Deiphebum facit: eumque obtruncat: prœlium acriter inſurgit: ab utriſque multa milia hominum cadunt. Palamedes in prima acie uerſatur: hortaturque prœlium, ut fortiter gerant contra eum. Sarpedõ ſuccurrit: eumque palamedes interfecit. Eo facto lætus in acie uerſatur. Cui glorianti Alexander pariſ ſagitta collũ transfigit: Phryges animaduertũt: tæla coniiciunt: atq; ita palamedes occiditur. Rege occiſo argiui cedũt cuncti impreſſionem faciunt: in caſtra confugiunt: troiãi perſequũtur: caſtra oppugnant: naues incendunt. Achilli nũciatũ eſt: diſſimulat: Aiax telamonius fortiter defendit: nox p̃lium dirimit. argiui in caſtris palamedis ſcientiam æquitatem clæmentiam bonitatem lamentabantur. troiani Sarpdonem & Deiphebum miſerabiliter deflent: Neſtor qui maior natu erat: nocte ductores in conciliũ uocat: ſuadet hortari: ut imperatorem eligant: & ſi eis uidetur eundem agamemnonem minima cum diſcordia fieri poſſe. Itẽ cõmemorat dum fuerat imperator q̃ reſ proſpere geſtæ ſint ſatis fœlicem fuiſſe exercitum: ſi cui quid aliud uideatur dicere ſuadet: omnes aſſentiunt agamemnonem ſummum imperarorẽ præficiunt. POSTERO die troiani alacres in aciem prodeunt: Agamemnon contra exercitum edu

cit prœlio commiſſo uterque exercitus inter ſe fugantur. Poſtquam maior pars diei tranſiit:in primiſ prodiit troilꝰ cædit deuaſtat:argiuos in caſtra fugat. Poſtera die exercitum troiãi educunt.contra agamemnon.fit magna cædeſ uterque exercitus inter ſe pugnant:prœliuꝫ acriter ſurgit multos duces argiuorum troilus interfecit.pugnatur cõtinuis diebus ſeptem.Agamemnon inducias petit in duos menſes.Palamedem magnifico funere effert:cæteroſque duces ac milites ſepeliendos curat. Interea agamemnon dum induciæ fiunt mittit ad Achillem: Vlyxem neſtorem & Diomedem ut rogent eum in bellum prodire. Achilleſ autem mœſtus qui iam deſtinauerat in belluꝫ nõ prodire: ob id quod promiſerat Hecubæ:aut certe minus pugnaturum:quoniam polixenam intenſiſſime amabat. cœpit male eos accipere qui ad eum uenerãt dicit ſe debere perpetuam pacem expoſtulare.pugnam negat. Agamemnoni renunciatur quod ab achille actum ſit:illum ꝑtinaciter negare Agamemnon omnes duces in conſilium uocat:exercitum quid fieri debeat conſulit:imperat dicere quid cuique uideatur.Menelaus hortatur fratrem ſuum: ut exercitum in pugnam produceret:nec debere terreri ſi Achilles ſe excuſauerit:ſed tamen perſuaſum ei:ut in bellum prodeat:nec uereri ſi noluerit commemorare cœpit troianos nõ habere alium uirum fortem ſicut Hector fuit. Diomedes & Vlyxes dicere cœperunt Troilum non minus q̃ Hectorem uirum fortiſſimum eſſe: Diomedi & Vlyxi Menelaus reſiſtens bellum geri ſuadebat.Calchas ex augurio reſpondit debere pugnare:ꝙ ſuperiores troianis fient.Tempuſ pugnæ ſupuenit.Agamẽnon Menelaꝰ Diomedes Aiax exercitũ ducunt contra Troianos: fit ma

gñа cædes pugnatur acriter:uterque exercitus inter se sæ
uiunt. Troilus Menelaum sauciat multos interficit.cæte
ros paulatim persequitur.nox prœlium dirimit. PO
stera autem die Troilus cum Alexandro exercitum edu
cit. Contra oẽs argiui prodeunt. acriter pugnatur. Troi
lus Diomedem sauciat. in agamemnonem impressionem
facit & ipsum sauciat. argiuos cædit. ꝑ aliquot dies pugna
tur acriter. multe milia hominum ex utraque parte tru
cidantur. Agamemnon ut uidit maiorem partem exerci
tus se quottidie amittere. neque sufficere posse:petit indu
cias per sex menses. Priamus concilium cogit. indicat argi
uorum desideria. troiãi re nuunt debere dari tam longo
tempore inducias:sed potius impressionem fieri. nauel in
cendi. Priamus quid cuique uideatur dicere imperat: om
nibus placitum est debere fieri quod argiui postulant.
Priamus inducias dedit. agamemnon honorifice suos se
peliendos curat. Diomedem. Menelaum sauciatos curat
Troiani suos æque sepeliunt:Dum induciæ sunt ex consi
lii sententia Agamemnon ad achillem proficiscitur ut eũ
ad pugnam persuaderet:achilles tristis rogare cœpit se nõ
proditurum:sed pacem peti oportere:conqueri cœpit q̃d
agamemnoni nihil negare possit: tamen cũ tẽpus pugnæ
superuenisset:se milites suos missurum:ipsum excusatuȝ
habere. Agamemnon ei gratias condignas egit. Tempus
pugnæ superuenit. Troiani exercitum suum educunt.
Contra argiui prodeunt. Achilles primo myrmidones
instruit:ad agamemnonem paratos mittit:fit pugna ma
ior. acerrime seu itur. Troilus enim in prima acie argiuos
cædit. Myrmidones uero fugat: impressionem usque ad
castra argiuorum facit:multos hincinde occidit:plurimos

acriter sauciat. Aiax telamonius obstitit. Troiani uictores in oppidum reuertuntur. Postera die Agamemnō exercitum educit: omnes duces & myrmidones prodeunt. Contra uero Troilus in aciem lætus exiuit. prœlio cōmisso uterque exercit9 inter se dimicat: acriter pugnatur: multa milia hominum ex utraque parte cadunt. troilus myrmidones persequitur sternit fugat. Agamemnon ut uidit ex suis partibus multos occisos: inducias in dies. xxx. petit ut suos funerare possit priamus inducias dedit: suosque sepeliendos curat. Tempus pugnæ superuenit. troiani exercitum educunt. Contra Agamemnon omnes duces in pugnam coegit. prœlio commisso fit magna cædes. acriter pugnatur. Postquā primum tempus diei transiit: prodit in primo troilus cædit prosternit. Argiui fugam cum clamore fecerunt. Achilles ut animaduertit troilum iracunde sæuire. & argiuis insultare: simulque sine intermissione myrmidones prosternere procedit in bellum: quem troilus continuo excepit & sauciat. Achilles de prœlio saucius redit: pugnatur continuis diebus sex. die septimo dū uterque exercitus prœlio facto inter se fugantur. Achilles qui aliquibus diebus uexatus in pugnam non prodierat: myrmidones instruit. hortatur alloquitur ut fortiter impressionem in troilum faciant. Postquam pars diei trāsit: prodiit troilus ex equo lætus: Argiui maximum clamorē faciunt: myrmidones superuenere. impressionem in troilum faciunt: de quorum numero multi a troilo occiduntur. Dum acriter pugnatur equus troili uulneratus corruit troilum implicitum excutit: tū cito achilles adueniēs eū occidit: & de ipso prœlio eum trahere cœpit; q̄ achilles interuentu Memnonis cōplere non potuit. adueniens. n.

Memnon & troili corpus eripuit: & achillem uulnere sauciauit achilles de prœlio saucius redit. Memnon inseq eu3 cæpit cum multis: quem achilles ut respexit substitit: curato uulnere: & aliquamdiu prœliatus Mēnonem multis plagis occidit: & ipse uulneratus ab eo ex prœlio recessit. Postq̄ ductor persarum occisus est: reliqui in oppidu3 confugere: prœlium nox dirimit. Clausis portis postera die a Priamo legati ad agamemnonem missi sunt: qui dierum xx. inducias peterent: quod agamemnon concessit. Priamus igitur Troilum Memnonemq3 magnifico funere effert: cæterosq3 milites utriq3 sepeliendos curant. HECVBA mœsta q3 duo filii eius fortissimi Hector & Troilus ab achille interfecti eēnt: consilium muliebre temerarium iniit ad ulciscendum dolorem alexandrum filium accersit: hortatur ut se & suos fratres uindicaret: insidias achilli faceret: & eum necopinantem occidat: quoniam ad se miserit & rogauerit ut sibi polixenam daret in matrimonium se ad eum missuram Priami uerbis: ut pacem fædusque inter se confirmarent: constituunt in fano apollinis timbræi quod est ante portam eo achilli uenienti collocuturoque insidias collocari: sibi satis uisum esse si eum occiderit. quod tentaturum se alexander promisit. Noctu eliguntur de exercitu fortissimi: & in fanum apollinis collocantur: signum accipiunt. Hecuba ad achillem sicuti condixerat nuncium mittit achilles lætus Polyxenam amans postera die ad fanum se constituit uenturum. Interea achilles consequenti die cum antilocho filio Nestoris ad constitutum uenit: simulque fanum apollinis ingrediebatur undique insidias fieri paris hortatur tæla coniiciunt achilles cum antilocho brachio sinistro chlamyde inuoluto: enses exerere exinde

Achilles m̃ultos occidit: Alexander antilochum interemit
ipsumque Achillem multis plagis confodit. Ita animam
ex insidiis nec quicquam fortiter faciens amisit: quem ale
xander feris & uolucribus proiici iubet: hæc ne faciat He
lenus rogat: & suis tradi: quorum corpora accepta argi/
ui in castra tulere. Agamemnon eos occisos magnifico
funere effert: Achillique sepulchrum ut fieri liceret a Pria
mo inducias petit: ibique ludos funebres facit. Deinde con
cilio prouocat: argiuos alloquitur ut ea quæ Achillis essẽt:
Aiaci propinquo eius commendarent. Tunc sic Aiax ait:
qum filius Neoptolemus ei supersit: nemine m̃ æquius ha
bere q̃ eum: oportet ad pugnam accersiri: eique uniuersa
quæ patris erant restitui consilio inde placuit ut detur ne/
gocium Menelao qui Scyrum proficiscitur ad Lycome/
deꝫ auum eius: imperat ut nepotem suum mittat. Quod
Lycomedes argiuis libenter concessit. Postq̃ induciæ trãs
actæ sunt. Agamemnon exercitum eduxit: instruit: horta
tur. Contra troiani ex urbe prodeunt: prœlium committi
tur. In prima atie Aiax nudus uersatur clamore magno or
to. Multi ex utraqꝫ parte cadunt: Alexander arcum teten/
dit: Multos interficit: aiacis latus nudum transfixit. Aiax
saucius alexandrum persequitur: nec destitit: nisi eum oc/
cideret aiax fessus uulnere in castra refertur. Sagitta exem
pta moritur: alexandri corpus ad urbem portatur. Dio
medes uirili animo impressionem in̄ hostes facit phryges
fessi ad portas confugiunt: quos Diomedes usque in ur/
bem persequitur agamemnon exercitum circa oppidum
duxit & tota nocte circa murum sedit: alterna uice uigili/
as agit: postera die Priamus alexandrum magnifico fune
re effert quem magno ululatu Helena prosecuta est: quo/

niam̄ ab eo honorifice tractata ſit: quam Priamus & hecuba ut filiam aſpexere: & diligenter curauere: quo nunq̃ troiam deſpexiſſet nec argiuos deſideraſſet. POSTERA die Agamemnon exercitum cœpit ante portas inſtruere: & dardanos ad prœlium prouocare. Priamus contra iuſſit urbem munire & inter ſubſiſtere uſque dum Penteſilea cum amazonibus ſuperueniret. Penteſilea poſtea ſuperuenit: exercitum contra Agamemnonem eduxit: fit prœlium ingens per aliquot dies: diu pugnatur. argiui fugantur in caſtra opprimuntur: cui uix Diomedes obſtitit: alioquin naues incendiſſet argiuorum: & uniuerſum prœlium deuaſtaſſet. prœlio direpto Agamemnon in caſtris ſeſe continuit: Penteſilea uero quotidie prodit deuaſtat argiuos in bellum prouocans. Agamemnon ex conſilio caſtra muniuit: & in bellum non prodiuit uſque dum Menelaus ueniret: Menelaus a Scyro uenit: arma Achillis Neoptolemo filio eius tradit: quæ quum accepiſſet in argiuorum caſtris uehementer circa patris tumulum lamentatꝰ eſt. Penteſilea ex more prœlium inſtruxit: & uſque argiuorum caſtra proceſſit: Neoptolemus myrmidonum princeps contra aciem duxit. Agamemnon exercitum inſtruit pariter cõcurrunt. Neoptolemus ſtragẽ fecit. occurrit pẽteſilea & fortiter in p̃lio uerſať. utrique p aliquot dies acrit̃ pugnauerunt. multos utrique occiderũt. pẽteſilea neoptolemum ſauciat: ille dolore accepto amazonum ductricem penteſileam obtruncat eo facto totum exercitum troianorum in urbem fugere fecit. Statim argiui cum omni exercitu murum circundant ita ut foras troiani exire non poſſẽt

HOC POST quam Troiani uidere antenor polidamas æneas ad priamum ueniunt. agunt cum eo & conſilium

quærunt: ut deliberet quod de fortunis futurum sit pria- mus concilium conuocat quid postularent iubet eos dice cere & quid desiderent. Antenor memorat principes defẽ soresq; troiæ cæterosq; natos eius cum aduenis ductorib9 interfectos argiuorum principes remanere fortissimos. Agamemnonem: Menelaum: Neoptolemum non mi- nus fortissimum q̃ pater eius fuit. Diomedem aiacem Lo crium cæterosq; cõplures summæ prudentiæ nestorẽ Vly xem. contra Troianos clausos & obsessos & pœne contri- tos suadet potius esse ut Helena his reddatur & ea quæ ale xander cu3 sociis attulerat & pax fiat. postq̃ multis uerbis de pace concilianda satis fecerunt surgit Amphimachus fi lius priami adolescens fortissimus malis uerbis Anteno- rem adortus est eosque qui consenserant improperare eis facta eorum suadere potius dicendum exercitu3 & irrupti onem in castra faciendum usq; dum uincant aut uicti pro patria occumbant. postq̃ finem fecit exurgit Aeneas leni- bus: mitibusq; uerbis amphimacho repugnat ab argiuis pacem petendam magnopere persuadet: postq̃ dicendi fi- nis factus est priamus magno animo surrexit ingerit mul ta mala Antenori & aeneæ eos belli appetendi ductores fu isse ut legati in græciam mitterentur quum ipse quoque antenor legatus redierit & renunciauerit se contumeliose tractatum esse & ipse bellum suaserit. Deinde aeneam qui cum alexandro Helenam & prædam de argiuis non mo- dicam extraxit quapropter certum sibi esse pacem non fie ri statimq; imperauit ut hi omnes parati essent ut quum si gnum daret portis irruptionem facerent aut uincere mo- ri ue sibi certum esse. Hæc postq̃ locutus est concilium di misit. Amphimachum secum duxit dixitq; ei uereri se ab

his qui pacem suadebant ne oppidum prodant eosq; habere multos de plæbe qui una sentirent opus esse eos interfici. Quod si hoc factum fuerit se esse patriam defensurũ argiuosq; superaturum simulq; rogat ut sibi fidelis & audiens paratusq; cum armatura esset ut sine suspitione fieri possit simulq; suasit amphimachus ad cænam eos uocari diuinamq; rem facturum & ita insidiis circumuenturum. Amphimachus ita se facturum promisit: & ab eo discessit.

EODEM die conueniunt Antenor Polidamas Vcalegon. Amphidamas Dolon dicunt se mirari regis pertinaciam: quum patriam & comites perire malit q̃ pacem facere. Antenor ait se ꝯuenisse: q sibi & illis in commune prospiciat si sibi fides seruaretur. Omnes fidem obstringunt. Antenor ut uidit se obstrictum mittit ad Aeneã: dicens patriã esse ꝑdendã: & sibi suisq; cauendum esse: ad Agamemnonẽ de his rebus aliquẽ esse mittẽdum: q id sine suspitiõe curet maturandũ esse: animaduertisse Priamũ iratũ (quia ei pacẽ suaserit) de consilio surrexisse: & uereri ne quid noui consilii ineat. Itaq; oẽs ꝑmittunt: statimq; polidamantẽ (qui ex his minime inuidiosus erat) ad Agamemnonem clam mittunt. Polidamas in castra argiuorum peruenit. Agamemnonem conuenit: dixitq; ea quæ suis placerent: Agamemnon clam nocte omnes in concilium conuocat: & refert ea quæ audiuit quid cuiq; uideatur dicere iubet. Inde omnibus placitum est ut fides proditoribus seruaretur. Vlixes & Nestor uereri se dixere hanc rem subire. Neoptolemus hos refutat: inter se certant: placitum est signum a polidamante exigi: & idipsum per Sinonem ad Aeneam & Anchisem & Antenorem mitti: Sinon ad troiam proficiscitur: & quia nondum claues portæ Amphi-

machus custodibus tradiderat:Signo dato Sinon uocem Aeneæ & Anchisæ:& Anthenoris audiendo confirmatur Agamemnoni renunciat:Tunc placitum est omnibus fidem dari fœdere firmari iureiurando stringi: eo pacto ut si oppidum proxima nocte tradidissent:Antenori Aeneæ Vcalegoni:Polidamanti Doloni nec non liberis coniugibus propinquis amicis suisque omnibus fides seruaretur: & sua causa omnia sibi liceat habere. PACTO confirmato iureiurando adstricto suadet polydamas noctu exercitum ad portam Sceam adducant: ubi extrinsecus caput equi sculptum est:ibi præsidia habere: noctu Antenorem & Anchisem exercitui argiuorum portam reseraturos:eisque lumen prolaturos: id signum eruptionis fore dicunt qui ibi præsto forent qui ad regem eos ducant postq̃ pacta data sunt polidamas in oppidum rediit:rem peractam denunciat:dicit Antenori & Aeneæ cæterisq; quibus placitum erat:ut suos oẽs adducant:& noctu Sceam portã aperiant:lumen ostẽdãt exercitum inducãt:Antenor & Aeneas noctu ad portã p̃sto fuere Neoptolemũ susceperunt: exercitui portã reserauere:lumen ostendere: fugam præsidio sibi suisq; omnibus præuidere. Neoptolemus præsidiũ dat:Antenor eum in regiã duxit:ubi troianis positũ præsidiũ erat. Priamũ persequit᷑:quem ante aram Iouis hercei obtrũcat:Hecuba dum fugit cũ Polyxena Aeneas occurrit:polyxena ei se tradidit quam aeneas ad patrem anchisem absondit. andromacha & Cassandra in ædem Mineruæ se occultant tota nocte nõ cessant argiui deuastare:prædamq; facere postq̃ dies illuxit:agamemnon omnes duces in arcem conuocat diis gratias egit:exercitum collaudat: omnemq; prædam iubet in medio reponẽdam:quã omni

exercitui æque partitus eſt:ſimulq; exercitum conſulit:an
placeat Antenori & Aeneæ:qui patriã prodiderẽ: fidem ſer
uari, exercitus oĩs conclamat placere ſibi conuocatiſq; om-
nib9:uniuerſa quæ erãt reddiderunt. Antenor rogat Aga
memnonem ut ſibi loq liceret. Agamemnon dicere iubet:
mox ut loqui cæpit:primo omnibus grais iuuenibus gra-
tias egit:ſimulq; cõmemorat Helenum & Caſſandram pa
cem ſemper patri ſuaſiſſe: Achillemq; ſuaſu Heleni ſepul-
turæ conditum fuiſſe. Agamẽnon ex conſilii ſentẽtia Hele
no & Caſſandræ libertatem reddidit: Helenus Agamem-
nonẽ pro Hecuba & Andromacha deprecatur: cõmemo-
ratq; ſemp ab his eſſe dilectum etiã his ex conſilii ſententia
libertas conceſſa eſt. Interea prædam omni exercitui diui-
ſit: diis gratias egit: hoſtias ĩmolauit: & quinto die ſtatuit
iter pgeret: nt aũt dies profectionis aduenit: tẽpeſtates ma
gnæ exortæ ſunt & per aliquot dies remanſere. Chalcas
reſpondit inferis ſatiſfactum nõ eſſe: Neoptolemo in men
tem uenit: polyxenam (cuius cauſa pater eius perierat) in
regia non eſſe inuentam. Agamemnon poſcit conqueri-
tur: exercitum accuſat: Antenorem accerſiri iubet: impe-
rat ut diligenter eam inquireret inuentamque ad ſe addu
ceret. Mox antenor ueniens ad aeneam & Polyxenam ab
eo abſconſam ſuſcipiens ad agamemnonem eam duxit.
Agamemnon Polyxenam Neoptolemo dedit: quam acci
cipiens ad tumulum patris iugulauit: tunc agamemnon
iratus aeneæ q Polixenam abſconderat cum omnibus ſu
is a patria protinus diſcedere iubet: aeneas cum ſuis profi
ciſcitur antenori terram tradidit agamemnon profectus
eſt de urbe uictoria ſibi conceſſa. Helena poſt aliquot di
es mœſta magis q̃ ante domu3 reportatur cum ſuo Mene

lao. Helenus cum Cassandra sorore:& Andromacha Hectoris fratris uxore & Hecuba matre Cheronēson petit: HACTENVS Dares phrygius quæ gesta sunt litteris mandauit: nam ipse ibidem cum Antenoris factione remansit. Pugnatum est annis. x. mensibus. yi. diebus. xii. Ad Troiam corruere ex argiuis sicut Dares scribendo tradidit. D.ccc.lxxxyi. milia Ex troianis usq; ad oppidum proditum. D.c.lxxyi. milia Aeneas nauibus profectus est in quibus Alexander in græciam ierat numero. xxii. quem omnis ætas secuta est hominū in milibus tribus & .cccc. antenorem secuti sunt duo milia & quingenti. Helenum & Andromacham mille ducenti. hucusque daretis historia perscripta est. QVI troianorum græcorum principes occidere denotantur. hector: Protesilaum: Patroclum: Merionem: Boetem: Archilocum: Protenorem. Delpenorem: Dorium: Polixenum: Phidipum: Xantippum: Leonteum: Polibætum. Carpedontem. Lepodemon. Lusorem. Epistrophum & Schedium. Maimentum. Palamonem. Aeneas amphimacnm: Nireum. Alexander Palamedem. Antilochum. aiacem. aiax Thelamonius. & alexander mutuis uulneribus se occidere. Qui etiam græcorum troianorum duces occidere. Litteris subter notantur achilles Euphenium. hippotum. Plebeum. asterium. Liconium Euforbium. hectorem. mēnonem neoptolemus Pentesileam. Priamum ad tumulum patris Polixenam iugulauit. Diomedes. Xandippum. Mestenm epistropum Orcomeneum assaricus genuit Capin. Capis anchisem. anchises aeneam, aeneas, aschanium.

Franciscus Faragonius ad lectorem.

Iam sunt plena malis hæc tempora nostra nefandis:
Iam placet heu cunctis nocte dieq; scelus
Ferrea sanguineo sæuit discordia mundo.
Pax abiit nusq̄ cernitur alma fides.
Ambitione trudi miseraq; cupidine rerum.
Labitur humanum tartara ad ima genus.
Fœda gomroteo iam putent sæcla ueneno
Hoc omnis uitio ducitur ordo uirum:
Credimus en sacros uerum cecinisse prophetas
Bellis igne fame sulphure cuncta ruent.

Finit historia antiquissima Dictys Cretensis atq; Daretis Phrygii de bello Troianorum ac Græcorum in inclyta urbe Venetiarum cum eximia diligentia impressa per Cristoferum mandellum de pensis kalendis Martii. M. CCCC.LXXXXIX. Laus deo & beate uirgini.

Registrum operis.

a b c d e f g h sunt quaterni. i uero est quinternus. Finis.

Fiocco, Andrea

L. FENES-TELLA DE RO. MAGI-ſtratibus,

ſtratibus, nitori tandem natiuo reſtitutus, mille fluentibus ulceribus curatis, induſtria doctiſſimi Ioannis Camertis. Theo. Profeſſo. cum locorum omnium ob commune opti. litterarum incrementum annotationibus.

ALBRICI DE IMAginibus deorum.

DE PANE DEO, EIVSQVE SACRIS, AC SACERDOTIBVS. TITVLVS. I.

Sumpta oĩa ex ſecũdo Faſtorꝝ Ouidii.ibi, Tertia poſt. Multa ad idẽ Iuſtinus lib.43.Liuius lib.prĩo.Plutarchus ꝓblema.67.Valerius Max.ti.pṛimo ſecũdi.ca.18.Plura refert Seruius.8.Aenei.& Tortel.indictione Lycæum.



Mnium Deorꝝ, quos uetus Romanorꝝ religio excoluit, prima ſacra Pani Lycęo, ſeu Faunũ illũ, ſeu potius Syluanum uocari placet, per Lupercos rem diuinã, Lupercaleſq; ludos feciſſe apud uetuſtatis aſſertores/cõſtat. Ea q̃dem ſacrorꝝ genera, ab Euãdro rege, qui ex Arcadia ꝓfugus, in eum locũ uenerat qui tandẽ Romanæ pręfuit arci, ad noſtros primũ delata, ac celebrata fuiſſe ferũtur. Hũc Pana nudos paſtores, quorꝝ tũc pręcipuũ numen fuit, ac deinde ſummos etiã uiros uenerari mos fuit, loraq; pro manibus ferre, quibꝰ obuios quoſq; cęderẽt, laruiſq; tectas facies portare. Cur autẽ nudi hũc Deum colerẽt, pleraq; e curriculo uetutaſtis ad nos uſq; delapſa referunt. Siue. n. q̃ hic ipſe deus preter alios fingitur ſummæ celeritatis, eo pacto lõge aptior nudos etiã habere miniſtros placeat. Siue q̃ arcades omniũ populorꝝ, qui Gręciã coluerunt, lõge uetuſtiſſimi, feris adhuc ſimilẽ uitã ſyluis, ac mõtibus agentes, legis expertes, artiſq; primo hũc Deũ uenerati, patriũ cultũ, auitoſq; nudos habitus ſignãtes referre uoluerũt. Nõnullli uero Iolem uxorem Her-

Tres ſequentes cauſas ponit Ouidius ubi ſupra.

a.I. omphalẽ

culis ab hoc Fauno uisam, ac per ardorẽ libidinis cõcu
pitam asserũt. Forte eñ per syluas, & amœna nemorꝝ
æstus læuãdi causa una cũ dilectissima cõiuge, Hercu
les uagabat̃. videt ergo elegãtissima forma mulierẽ ab
altæ rupis specula senex deus. Ergo illorꝝ uestigia emi-
nus licet, obseruare instituit. Illi aũt per syluas ducendæ
nocti aptissimũ locum petũt. Interea mulier dum qui-
escendi tempus aduenit, pellẽ Leonis Herculis ritu de
more aptat humeris, claua etiã illius manu assumpta,
tali habitu prędità somnus aggredit̃. erant aũt duo pa-
rati coniugibus lecti, eo ꝙ postridie Libero patri rem
diuinã facturi erãt seorsum cubituris. Noctu ergo Syl-
uanus fallẽdi custodis occasionẽ nactus, clam thalamũ
ingredit̃, primoq; cõgressu fortunatus futurus, puellæ
torũ tenet, manuq; tentans (ut noctu fit) horridũ Leo-
nis tegmẽ inuenit. Ratus ergo cubare ibi Herculem, ad
aliud cubile ire pergit, quod cũ sensisset mollib⁹ stratũ,
puerilibusq; delitijs apti⁹, stragula ueste sensim ãmota,
dũ libidine ardẽs manu palpat Herculẽ, ac uix dũ hirti
corporis horrorẽ hauserat, exprectus Hercules manu
reiectũ toto antro fusum iaculat, quo strepitu, somno
puella discussa, lumina accersit, lumine ergo Syluano
prodito elusus, ac semiruptos uix attollẽs humo hũeros
in syluas detrusus. Ea ergo ratione perpetuo execratis
uestibus, ꝗbus tam turpiter delusus esset, easdẽ suis a
sacris procul abfore cõstituit. Plæriq; tamẽ huiusce rei
causam assignãt Romulo, ꝙ eadẽ sacra celebrãte, me-
dioq; solis ardore corpus exercẽte, cũ nunciatũ fuisset
latrones prædas agere, ita ut erat nudus accurrit, cõprę
hensisq; prædatoribus, pecora abacta redemerit, eius

Vide Seruiũ 8. Aene. super illud. Hinc exultantes.

facinoris, qđ nudus gesserat, ꝑpetuũ argumentũ corporꝝ sacra celebrantiũ nuditatem esse placuit. Ut cũcꝫ sese res habuerit in tp̄a tamẽ usqꝫ. C. Iulij huiuscemodi obseruationẽ ꝑuenisse constat. Ea. n. sacra cũ sedẽs Cęsar dictator spectaret, atqꝫ inter eos, qui solẽnia celebrarent, curreret Marcus Antonius is, qui postea Triũuir fuit, aiũt eũ laureã coronã, cui Diadema annexũ esset, capiti Cæsaris imponere conatũ fuisse, quod cũ Cęsar amoto capite reiecisset statuæ ipsius cũctis fremẽtibus imposuisse. De nomine uero Lupercaliũ non etiã satis cõuenit. plærisqꝫ ẽm inditũ hoc nomẽ, quod huius inuocatiõe lupi a stabulis arcerẽt, uisum est. Alij templũ ip̄um, in quo hic Deus colit̃, Lupercal uocãt, quo circa Vir. Et gelida (inqt) monstrat sub rupe lupercal, eiqꝫ loco a lupa Romuli nutrice, quod eo in loco Romulũ, & Remũ paruulos educare reperta sit, factũ nomẽ Lupercalis putãt. Nec desunt, qui a Lycæo Arcadiæ mõte, ubi præcipue ea religio peruiguit (eũ enim quẽ nos lupũ, illi λύκον uocãt) ipsum cognominatũ esse arbitrẽtur. præcipuã uero huic Deo, dicatisqꝫ sacerdotibus uenerationẽ ea ex parte tributã ferũt, quę mulieres ex suis uiris uel cõcipere, uel cõceptos fœtus edere nequirẽt, ad Lupercos cõfugiebant, quæ ubi loris ex tergore hirci sectis cæsæ fuissent, e uestigio grauidæ, aut effœtę efficiebant̃. Hęc solẽnia quintodecimo. kalen. Martias celebrari, ut Ouidius in fastorum libris refert, moris fuit.

Plutar. i uita Iul. Cæsa. a. l. applaudẽtibus.

8. Aenei.

2. fasto.

DE POTITIIS, & Pinarijs Herculis sacerdotibus. Titulus. II.

Diony.Halica. lib.1.Vir.8.Aene. ibi. Seruauere diem,primusq́, quo loco plura Seruius.Ouidius.1.fasto. ibi.Ecce boues. Iusti. lib.43. Diodo. Siculus lib.5. Liuius lib.1.Valer.Maxi.titulo.2. primi. Plyni.minor ca. 34. de ui. ill, Varro lib.1.de ligua latina.

De Geryone & Caco scripsimus in Solinianis commentariis.

EAdem tẽpestate, Euandro. s. Palatiũ tenẽte, Herculem Geryone interẽpto p̱ eadẽ loca mira specie boum armenta abegisse cõmemorant, ac cum prope Tyberim fluuiũ, qua prę sese armentũ ferẽs trãsiecisset, loco herbido ubi reficeret boues, ipseq́ itinere defessus ꝓcubuisset, & eundẽ uino, ciboq́ grauatũ, sopor oppressisset, Cacus pastor, loci accola, uiribus ferox captus pulchritudine boum pręda auertere instituit, ac ne si eã praedam agẽdo in speluncã cõpulisset, uestigia ipsa eo quęrentẽ dominũ ducerẽt, auersos eximiũ quẽq́ pulchritudine in speluncã traxit, Hercules uero ad primã auroram somno excitus, cũ gregẽ perlustrasset oculis, partẽq́ numero abesse sentiret, perrexit ad proximam speluncã si forte eo uestigia ferrent, quae ubi oĩa foras uersa uidet, nec in partẽ aliã ferre, cõfusus, atq́ incertus animi, ex infenso loco agere porro armentũ coepit. Inde cũ actae boues forte (ut fit) ad desyderiũ relictarũ mugissent, reddita inclusarũ ex spelũca boũ uox, Herculẽ conuertit, quẽ cum uadentẽ ad speluncã Cacus ui ꝓhibere conatus esset, ictus claua, fidẽ pastorũ ne quicq̃ inuocãs, morte occubuit. Euãder, qui tũc tp̄is ea ex Pelopõneso ꝓfugus authoritate magis, q̃ ĩperio regebat loca uenerabilis uir miraculo literarũ rei nouę inter rudes artiũ homines, uenerabilior diuinitate matris Carmẽtae, quã fatiloquã ante Sibyllae in Italiã aduẽtum miratae gentes fuerãt, cõcursu pastorũ trepidantiũ

circa aduenā manifestæ cædis reū excitus, postq̄ facin⁹ facinorisq; causam audiuit, habitū, formāq; uiri aliquā to ampliorē, augustiorēq;, q̄ humanā intuēs, rogitat q̄ uir esset? Vbi nomē patrēq;, ac patriā audiuit. Ioue nate Hercules salue inquit te mihi mater ueridica interp̄s Deum aucturū cœleste numē cecinit, tibiq; aram hic dicatū iri quā opulētissima olim in terris gens maximā uocet, tuoq; ritu colat. Dextra Hercules data accipere se omen, impleturūq; se fata, ara cōdita, ac dicata, ait. Ibi tum primū boue eximia capta de grege, sacrū Potitijs adhibitis ad ministeriū, dapemq; Potitijs, ac Pinarijs, quæ tū familiæ maximæ inclytæ ea tenebāt loca dedit, factū forte ita euenit ut Potitij (ut ait Liuius) ad tempus præsto essent, hisq; exta apponerētur Pinarij extis adesis ad cæterā uenirent dapē. Inde institutū māsit donec Pinariū genus fuit ne extis eo solemniū die uescerent, Potitij ab Euādro edocti antistites p̄ multas ætates eius sacris præfuerūt, donec tradito seruis publicis solemni familiæ ministerio Potitiorꝫ, ac Pinariorꝫ omne genus perijt. Id eī Apius Claudius cum esset Censor effecit hisce familijs insensus, ob idq; ira deorꝫ (ut creditur) luminibus orbatus est.

Ex titulo. 2. primi Valerii

DE SACERDOTIO fratrum Arualiū. Titul⁹. III.

Ex Aulo Gelio. c. 7. 6. Macrobio. 1. satur. Plutar., pble. 33. Lactan. c. 20. primi. Varrone lib. 1. de lingua latina. Plyni. c. 2. 18. historiæ naturalis. Eius festa quæ floralia dicunt. vi. Nonas Maii celebrāt ut. 5. fast. scribit Ouidius.

FRatres Aruales, ut fruges ferrēt arua, ueteres cōsuluisse Romanos, memoriæ traditū est. Huius uero

religiõis Romulũ ipſum patrẽ, urbis authorẽ extitiſſe reperio. Nam cũ Acca Larẽtia nutrix Romuli, corpe ſuo quæſtũ in uulgus faceret, eoq; pacto grandẽ pecuniã cõſtipaſſet, ex duobuſq; liberis, quos ſuſceperat, unũ morte amiſiſſet, Romulũ in demortui locũ adoptionis iure ſubſtituiſset, decædẽs tamẽ populũ Romanũ inſtituit hæredẽ, cuius tandẽ liberalitatis, regiæq; affinitatis memor populus Ro. mulieris nomẽ in Faſtis retulit, liberos fratres Aruales aſserendo, & ab aruis appellauit, ex quo tempore ſacerdotiũ manſit fratrum Arualium, ĩjq;.xij.numero fuiſse dicũtur, eiq; ſacerdotio inſigne tribuit albas infulas, & ſpiceam coronam.

DE AVGVRIBVS. TITVLVS. IIII.

Ex Cice.1.de diui.Diony.lib.2.Liui.lib.1. Ouidi. circa finem.4. faſto.faciũt quæ ſcribit Stat.3.Theb.ibi.Difficiles populi. Plutar.,pblema.71.72.77.93.99.Vale. Max.in principio ſecundi.

EOdem fere tpe, & diſciplina, & religio augurãdi ex Etruſcis, penes quos ea diſciplina præcipua, ac longe peculiaris fuit, ad Romanos cõmigrauit. uirũ.n. quempiã cuius nomẽ uetuſtate obſoleuiſse Naſo poeta ait, Aſyli (ut reor) alliciente inductiõe exulẽ Etruria Romã uenifse perhibẽt, cuius opa Romulũ, Remũq; uſos cũ de imponẽdo urbi nomine una contenderent opinione deducor, quanq; M. Cicero in his libris quos inſcripſit de diuinatione etiã ipſum Romulũ iſtã ipſam Auguralẽ diſciplinã pcalluiſse aſserit, a Numa uero, q Romulo ſucceſsit perpetuũ ſacerdotij inſigne conſtitutũ eſt. De ritu uero inaugurãdi, ſi unũ in caſum plera q; eduxero, eadẽ ad oẽs cæteros facile referri potuerũt.

Ver.443.ſecũdi faſto.

Ea qdem

Ea q̃dem quantũ ex ueterũ monumẽtis collegi, huiuſcemodi fuit obſeruatio. Augur in arcẽ, ſiue in editum quendã locũ ad inaugurandũ aſcendẽs debebat ſedere ſup̃ lapidẽ meridiẽ uerſus, atq; ad leuã ſedens baculum in manu recuruũ, quẽ lituũ uocãt, tenet. Inde ubi proſpectu in urbẽ, agrũq; capto, Deos precatus, regiões ab oriẽte ad occaſum determinat, dextras ad meridiẽ, læuas ad ſeptentrionẽ partes eſse dicit. ſignũ quod contra oculi conſpectũ lõgiſsime ferũt, animo definit, tũ lituo in leuã trãſlato, dextra in caput eius, q̃ inaugurat̃ poſita ita precatur. Iuppiter pater ſi fas eſt hũc Numam Pompiliũ, cuius ego caput teneo regẽ Romæ eſse uti nobis ſigna certa ac clara ſint intra eos fines q̃s feci. Tũ peragit uerbis auſpicia, quæ mitti uelit, quibus miſsis Numa de tẽplo (ita .n. deſignatas lituo æthereas regiones uocãt) declaratus rex deſcẽdit. Quã quidem declarãdi, ſeu inaugurãdi regis formulã ad cætera quoq; (ut dixi) trahi facile licet. Huic diſciplinę peritia Actij Nauij Auguris, per multũ fidei, authoritatiſq; acceſsit. Nam cũ Priſcus Tarquinus aliqua præter maiorũ inſtituta in augurato mutare, pleraq; etiã de nouo cõdere pergeret; negabat Actius Nauius inclytus ea tẽpeſtate Augur inauſpicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludẽs artem (ut ferunt) agedũ inquit diuina inaugurato fieri ne poſsit, quod ego nũc mente cõcipio. Cũ ille in augurio rem expertus fieri poſse dixiſset. Atqui hoc animo agitaui inq̃t, nouacula cotẽ diſciſsurũ. Cape ergo hoc & perage, quod aues tuę fieri poſse portendũt. Tũ illũ incunctãter diſcidiſse cotẽ ferunt, ſtatuãq; Actij Nauij capite uelato, quo in loco res acta eſt in comitio in ipſis

Gel. c. 8. 5.

Gel. c. 7. 14.

Oĩa ex p̃rio Liuii.

Cice. primo de diuinatione.

Ply. c. 5. 34.

gradibus ad læuã positã fuisse, cotemq; eandem cũ illa ipsa nouacula in manibus posita, ut eius rei etiam apud posteros monumentũ existeret. Augurijs ergo, sacerdotioq; augurũ, ut ait Liuius, atq; in libris de diuinatione Cicero, tantũ auctoritatis, & ueneratiõis accessit, ut nihil domi, forisq; nisi auspicato gereret. Et ad sapiẽtię, nobilitatisq; primarios quosq; id sacerdotiũ deferret. Et cũ Tiberius Grachus pater Tiberij, et. C. Grachorũ comitia cõsularia habuisset, diceretq; Etrusci augures rem in augurio experti, uicio Consules creatos fuisse, Grachusq; ut ineptos ĩsanosq; Etruscos ĩcesseret, abiẽs in prouinciã senatui rescripsit, ueridicos, nõ aũt insanos Etruscos esse, qui consules præsentes, uicio a se creatos diceret. nam cũ se collegisset, meminissetq; se locũ tabernaculo extra pomeriũ præter maiorũ cõsuetudinẽ delegisse, quãobrem abdicare se cõsulatu cõpulsi sunt. Vt aũt ueneratio huic ordini, auctoritasq; ita & numerus ipse, adeo creuit, ut collegiũ Augurũ coleret. Nã cũ ab initio tres tãtum creari cœpissẽt. ex tribus scilicet tribubus Ramnensiũ, Ticiensiũ, & Lucerũ, & obtinuisset cum mutaret numerus, impari tantũ numero creati. Vtcũq; tamẽ id fieret quatuor numero præter maiorũ consuetudinẽ creari cœpti sunt. tandẽ cũ plebs quorũlibet honorũ partem suã in senatu, & in foro nacta esset, p Tribunos egit, ut ad sacerdotia quoq; uelut ad cætera cursus aperirẽtur. Idq; post multa certamina, uariasq; seditiones obtinuit, ut ad quatuor. s. patritios, quinq; ex plæbe adijcerent. Factũq; hoc fuit M. Valerio. & Quinto Apuleio consulibus.

Primo.

Ex Valerio Max. tit. 1. primi. 4. & Cice. 1. de diuinatione.

Quid sit capere uicio tabernaculum lege apud Plutar.

DE FLAMINE DIALI. TITVLVS. V.

Sũpta ex Gellio oĩa.ca. 15.lib.10.Plutar.pble.42.&.48. Diony. lib.2.Liuio lib.primo.plura de his Varro lib.1. de ligua latina.

FLaminẽ Dialem, primus Numa Põpilius Romæ rex creauit, cũ antea reges, pontificũ, regumq́ʒ promiscue munera obirent, ut de Priamo, & Aenea apud Virgiliũ cernimus. rex etiã Anius (ut idẽ poeta ait) rex idem hominũ, Phœbiq́ʒ sacerdos fuit, idq́ʒ etiã & a minoribus tãtum, ut a. C. Cæsare, diuo Augusto, multisq́ʒ deinceps principibus, quos Põtificatus maximi titulis insignitos uidemus, obseruatũ est. Cæterum Numa plures in urbe Romulo, q̃ʒ sibi similes reges fore ratus, qui relicta religionis cura bellorꝫ potius negocijs detinerent, Sacerdotes quatuor, quos appellauit flamines, qui rei diuinæ iugiter adiecti essent multis deorꝫ alligauit. Flaminẽ unum Ioui, quẽ Dialem uocãt, Marti duos Quirino unũ. dictus aũt flamen Dialis est, ut Varro ait ꝙ in Latio capite uelato erat. & caput filo lanæ præcinctũ habebat, a quo flamẽ appellabãt. Dialis autẽ a Dioue, ꝙ est iuuãs deus. Cæteri flamines, eius cui præsident numini decoranẽ titulis. Hũc Dialem præsertim insigni ueste, currulíq́ʒ sella adornauit, hic solus ut Varro ait, album habet galerũ, uel ex eo ꝙ maximus est, uel Ioui immolationẽ alba ueste fieri oporteat. Pleraq́ʒ etiã huic Põtificio iure tributa sunt q̃ A. Gellius in cõmentarijs noctium Atticarũ scripta reliquit. Equo.n. uehi Flaminẽ est religio. Item iurare Dialẽ fas nunq̃ est. Ignem e flamma nisi ubi sacrum est efferri ius non est. Vinctum si ædes eius introierit solui necessariũ est. & 3.Aeneidos.

uinculaꝑ impluuiũ in tegulas ſubduci, atq; inde foras mitti debẽt. Nodum in apice, atq; in cinctu, neq; in alia parte ullũ habet. Siquis ad uerberandũ ducatur, ſi ad pedes eius ſupplex decubuerit, eo die ṽberari piaculũ eſt. Capillũ Dialis niſi q liber hõ eſt nõ detonſet. Caprã & carnẽ incoctam, & hederã, & fabã neq; tãgere Diali mos eſt, neq; noĩare. Propagines e uitibus altius ꝓtentis nõ ſuccidet. Pedes lecti, in quo cubat luto tenui circũlitos eſse oportet, & in eo lecto cubare aliquẽ fas nõ eſt. Vngues Dialis, & capillorũ præſegmĩa ſubter arborẽ felicem terra operiunt. Neq; ad ei⁹ lecti fulcrũ capſam eſse cũ ſtrue, atq; ferro fas eſt. Dialis quotidie feſtatus eſt, ac ſine apice ſub diuo eſse licitũ non eſt, ſub tecto uti libet etiã & a põtificibus conſtitutũ. Farinã fermento imbutã attingere fas nõ eſt. neq; tunicã intimã, niſi in locis tectis exuiſse ne ſub cœlo tanq̃ ſub oculis Iouis nudus ſit. In conuiuio eius haud quiſq̃ niſi rex Sacrificulus accubabit. Matrimoniũ Flaminis niſi morte dirimi nõ eſt fas. Locũ ubi buſtũ ſit nunq̃ ingredit̃. Hos Flamines cũ ab initio cõſecrant̃, captos duci a patribus uelut ab hoſtibus mos fuit. Totidẽ uero Flamĩbus, q̊t deos colerẽt, uſos ueteres. M. Varro in his libris, quos inſcripſit de origĩe linguę latinę, teſtis eſt. ut Dialẽ. Martialẽ. Quirinalẽ. Volcanalem. Furinalẽ. & Falacrẽ, & pręterea q̃ plures, qui ut noſtrũ inter ſacerdotũ gradus nõ nihil intereſt, ut Epiſcopũ. Archiepiſcopũ. Cardinalem. Patriarcham. & Metropolitanum, ita apud illos Flaminium. Protoflaminium. & Archiflaminiũ differentiam fuiſse idonei teſtes ſunt.

DE VESTALIBVS uirginibus. Titulus. VI.

Diony.lib.2.Gellius.c. 12. primi.Plura Oui.6.fasto.ibi.Vesta sa ue.Lucretius.2.de rerũ natura.uersu.603. Quare magna &c.Augu.c.10.4.ciui.Seruius.11.Aene.ibi.Finitimos.&c.docet ubi uiuæ sepeliebant.Plutar.ꝓble.96. ponit hui⁹ cõsuetudinis causã.

VEstalis originẽ cultus quẽadmodũ plæraq; omĩa Numa Põpilius intulit, & si eius initia usq; adeo uetera sunt, ut ex Troianis ad Albanos Aenea duce longe cõmigrauerint, cuius rei meminit Virgilius his uersibus, Sic ait & manibus uittas, uestamq; potentẽ, Aeternumq; aditis effert penetralibus ignẽ. Deæ huic Vestæ, quam terrã esse, eandẽq; Deorum matrẽ, uolebant, perpetuo uigil ignis cõsecrari solebat, eius obseruationi ac cultui plęręq; uirgines e primoribus patrũ electæ præfici, quarũ negligentia si forte sanctus ignis restinctus esset, flagris a põtifice maximo cędi iubebãt, ut a.P.Licinio pontifice maximo in eam, quę negligẽtius ignem custodierat Valerius scriptũ reliquit, Incœsti uero crimine damnatã, uiuam suffodi institutũ est. Virginẽ uestalem (ut Labeo Antistius scripsit) minorẽ q̃ sex annos, maiorẽ q̃ annos decẽ natã, negauerũt capi fas esse. Item quæ nõ patrima sit, & matrima. Item quæ lingua debili, sensuq; auriũ diminuta esset, alia ue corporis labe insignita sit. Item cuius parẽtes alter, amboue seruitute seruiuerĩt, aut in negocijs sordidis uersantur, eamue cuius soror ad id sacerdotiũ lecta sit excusationẽ mereri aiunt. Item cuius pater Flamen, uel augur, aut quindecimuir sacris faciundis, aut qui septẽuir Epulonum, aut Salius est. Spõsæ quoq; põtificis, & regis sacrorũ filiæ, uacatio a sacerdotio isto tribui solet. Neq; eius legendã filiam, qui domiciliũ in Italiã non haberet,

a.l. alia.

2.Aenei.

Ca.1.primi Gel. ubi supra omnia.

constitutũ est, ut Capito Atteius scriptũ reliquit, & excusandã eius q liberos tres nõ haberet. Itẽ edicto Prætoris uirginẽ Vestalẽ. Dialẽue nõ cogi, sępe rescriptũ ẽ, uerba prætoris hæc sunt Virginẽ Vestalẽ, & Flãmineã Dialẽ ait præco, in omni mea iurisdictione iurare nõ cogam. De eligẽda autem uirgine Vestali hæc obseruata sunt, lege Papia cautũ est, ut arbitratu Põtificis Maximi uiginti e populo uirgines legerent̃, sortitioq; ex hoc numero fieret in contione. Cęterũ inquit ea lex uetustate ut plæræq; aliæ exoleuit, satisq; ei lectioni fieri cœptum est, si quis honesto loco natus Pontificẽ maximũ adeat, offeratq; ei ad sacerdotiũ filiam, cuius duntaxat saluis obseruatiõibus religionis ratio haberi possit, gratiam em̃ Papiæ legis per senatũ fieri aiunt. Hãc uirginẽ a Põtifice Maximo uelut ab hostibus capi moris fuit. Verba aũt quibus tunc Põtifex utitur hæc sunt. Sacerdotem Vestalẽ sacra facere quæ iussi ꝓ populo. Ro. Quiritibusq; uti optima lege fuit, ita te Amata capio. Amatæ em̃ nomine appellari omnes cõsueuerũt, ꝙ ea quæ prima capta est a Numa rege, fuisse hoc noĩe perhibeatur. Simulatq; igit̃ capta, atq; in atriũ Vestæ deducta est, illico sine emancipatione, ac capitis diminutione, exit patriã potestatem, & ius testamenti faciundi adipiscit̃. In cõmentarijs aũt Labeonis, quos supra duodecim tabulas cõposuit, ita scriptũ reperit̃. Virgo Vestalis neq; hæres est cuiq; intestato, neq; intestatæ quisq̃, sed bona eius tum redigi in publicũ aiunt.

DE SALIIS MARTI DICATIS. TIT. VII.

Sumpta ex.2.Dionysi.& primo Liuii.Seruio.8.Aene.Ouidio.3. fastoꝝ.ibi.Quis nisi.lege Acronem.36.&.37.primi Carmi.plura Plutar.in uita Numæ.Val.titulo .1. primi ca.2.

INter cætera sacroꝝ instituta genera a Numa rege a posteris etiā in honorē habita, id quidē in minoribꝰ fuit.qđ Marti scilicet Gradiuo uouit. Duodecim em̄ ad hæc uiros legit, quos a solēni saltu, quo in sacris utebantur Salios appellauit. his alios duodecim Tullus Hostilius mox adiecit cū Romanis in aciem contra Fidenates eductis, Albani a Romanis per speciē ꝓditiōis duce Metio, defecere. Datum aūt his supra tunicā, insigne aheneū pectori tegmē, cœlestiaq; arma, quæ uocantur Ancylia portare, ac ꝑ urbē canētes carmina cū tripudijs, solenniq; saltu incedere, institutūq; ut in fine omniū carminum suoꝝ Mamurium appellarēt. Hūc em̄ Mamuriū inclytum ea tēpestate fabrum fuisse, & cū Ancyle cœlo lapsum esset, Numa Pōpilio, Quiritibusq; rem diuinā agentibus, huic Mamurio negociū datum esse cōplura huius similia Ancylia effingēdi tradūt, quod quidē opus cū ille exquisitissima absoluisset arte, optionē utrum a se uellet postulari artifici Numā obtulisse, quod ex eo peteret. Nā exhibiturū se id pollicebatur, artificē uero nō pecuniam. sed gloriā pro mercede petijsse, q̄ eius nomen a Sallijs in finē quorūlibet carminū recitaretur, idq; per multa tēpora in sacris, & comitijs (ut ait Liuius) obseruatum est. Eo autem huius ordinis sacerdotiū numero creuisse, ut ad collegiū, & collegij sacerdotū magistratum redactum fuerit.

DE COLLEGIO PONTIFICVM, ET PONtifice Maximo. Titulus. VIII.

Vltra ea quæ ſcribit Liuius in. 1. & Dionyſi. in. 2. lege apud Plutar, in uita Numæ.

POntifices, ut plæraq; alia ſacerdotia, ab ipſo Numa ortos apud Liuiũ ſatis conſtat. Eoſdẽ diu præterq; a patribus creari nõ licuit. Fuerunt aũt ab initio hi numero quatuor. poſtq; uero maximorum quorũq; honorum partem, plæbs Tribunitijs rogatiõibus optinuit, ad ſacerdotia quoq;, ſacroſanctaſq; poteſtates patere ſibi aditum uoluit. quatuor ergo alios creari ex plæbe Põtifices placuit. M. Valerio & Q. Apuleio cõſulib9. Omnibus unus præfectus fuerat a Numa Põpilio, iſq; Põtifex Maximus appellabat. hic habet ex ſe ſacra oĩa exſcripta, exſignataq;, quibus hoſtijs, quibus diebus, ad quæ tẽpla ſacra fieri deberent, eiuſmodiq; diuinis in rebus unde erogandæ pecuniæ ſumptus fieri debeat curæ Põtifici eſt. Cæteraq; omnia ſacra publica, priuataq; ſacris Pontificis ſubiecta ſunt, cũ uero de religiõe, deq; ſacris, diſſenſio eſt, populus illũ conſulere pergit, perutile illud fore ratus eſt. Põpilius eius ſacerdotij auctor ne ius diuinũ negligendo, patrios ritus, peregrinoſq; aſciſcendo, turbaretur. Nec cœleſtes modo cerimonias ducere, ſed iuſta quoq; funebria, placandoſq; manes eiuſdẽ Pontificis erat. Apud eũ quoq; tabula eſſe dicitur, in qua ſolis, & lunæ defectus, quotiens lumini caligo fit, & anni, menſiumq; Faſtorum ratio perſpicitur. Pontifices (ut Varro ait.) Q. Mutius Sceuola a poſſe & facere appellatos eſſe dicere ſolebat. ſed ea denominatio. a. M. Varrone, haud ſatis probari uidetur. nam & a ponte & facio Pontifices appellatos putat, eo q ab his primũ pons Sublitius factus, ac ſæpe reſtitutus eſſe perhibeatur.

Primo de lingua latina.

Alias cauſas lege apud Plut. in uita Numæ.

perhibeatur.

DE FOECIALI SACERDOTE. TITV. IX.

Ex Plutar. pble. 62. Gellio. c. 4. 16. Diony. lib. 2. Seruio. ix. Aenei. ibi. Principium. Liuius fere aduerbum scribit hæc omnia. lib. 1.

FOEcialis sacerdotij nusquam apud Romanos uetustiorem usum fuisse, quam Tullo Hostilio Romæ regnante repperi, quem tamen ut ab Hostilio creatum non affirmauerim, ita ne quidem negauerim a Numa Pompilio omnium religiosissimo rege, creari potuisse. Vtcunque id tandem fuerit, de nomine, priusquam de. M. Valerio fœciali regnante Tullo Hostilio apud Liuium mentio est. Fœcialis uero partes in eo uersabantur maxime ut fidei publicę inter populos preesset, neque iustum aliquod bellum fore censebatur nisi id per Fœcialem fuisset indictum. Cum uero pugnare desitum est, fœdere fides pacis constituebatur quæ fœdera aliunde fidera appellata ab Ennio, quod fidei faciundæ causa introducta sunt. M. Varro testis est. Fœcialemque ipsum a fide, & faciendo dictum esse idem existimat. Forma uero feriendi per Fœcialem fœderis huiusmodi est, qua nullo (ut Liuio placet) uetustior esse memoratur. Fœcialis (inquit) regem Tullum ita rogauit. Iubes ne me rex cum Patre Patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, sagmina inquit te rex posco. Rex ait, puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit. postea regem interrogauit. Rex facis ne tu me regium nuncium, populique Ro. Quiritum? Rex respondit quod sine fraude mea, populique Ro. Quiritum fiat, facio. Fit ergo tunc fœdus, multisque id uerbis peragit. Legibus inde recitatis. Audi inquit Iuppiter, audi Pater Patrate

Primo de lingua latina.

Ply. c. 2. li. 22.

po. Albani, audi popule Albane, ut illa palā prima, postremaue ex illis tabulis, cæra ue recitata ſunt ſine dolo malo uticꝫ ea hodie rectiſſime intellecta ſunt, illis legibus. po. Ro. prior nō deficiet. Si prior defecerit publico conſilio, dolo malo, tu illo die Iuppiter ita Po. Ro. ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantocꝫ magis ferito, quanto magis potes, polleſcꝫ. Vbi id dixit porcū ſaxo ſilice percuſsit. Eodem modo pars altera per ſuos ſacerdotes, ſuumcꝫ Dictatorem peragit. Cum autem bellum per Fœciales indicunt hoc more utuntur. Fœcialis haſtam ferratam præuſtam, aut ſanguineam, ad fines eorum, quibus bellum indicit, defert, nec minus puberibus tribus præſentibus, adijcit. Quod populi Priſcorum Latinorum, homines & priſci Latini aduerſus Populum Romanū Quiritum fecerunt, deliqueruntcꝫ, Po. Ro. bellū cum Latinis priſcis fieret, ob eam rem ego, populuſcꝫ Ro. populis Priſcorū Latinorum, hoībuſcꝫ Latinis bellū indico, faciocꝫ. Id ubi dixit, haſtā in fines eoꝝ emittit, ex quo bellū iuſtū eſſe intelligit.

DE SACERDOTIO patris patrati. Titulus. X.

Hæc & plura ſcribit Liuius lib. 1. Ser. circa principium. 9. Aenei. ſcribit patrem patratū fuiſſe principem fœcialium. lege Gelliū ca. 4. lib. 16. Plutar. pble. 62.

PAtris Patrati ſacerdotiū & ſi apud Liuiū a Fœciali haud differre uidetur, aliquādo etiā lōge abfuiſse apparet, ut tamen & nomen iſtius, illiuſcꝫ, atcꝫ officiū nō nihil intereſſe uideatur, uticꝫ & de utrocꝫ ſeorſum dicere uiſum eſt, utcūcꝫ eſſet, his deſcriptis nil certe officio īmutauerim, ſed partes plures dūtaxat adſcrip-

ſerim. Patris patrati uſus eodẽ tp̃e, quo Fœcialis apud Romanos ꝑdit. Nã & inferiendis a Fœciali fœderibus, Patris Patrati opera, auctoritaſq; exigebatur. Ad patrandum enim ideſt ſanciendũ iuramentum ubi de fœderibus conuenerant, admitti conſueuere. Creauit autem Marcus Valerius primus Fœcialis, Sp. Fuſium primum Patrem Patratũ eo bello, quod Tullus Hoſtilius cum Priſcis Latinis geſſit, uerbena caput, capilloſq; cingens. Alias præterea partes ablata. ſ. ab hoſtibus repetendi Patri Patrato dedit Ancus Martius, eum morem ab antiquiſſima Equiculorum gente repetens. Eius rei formula antiquiſſima eſt huiuſcemodi. Legatus, idẽq; Pater patratus ubi ad fines eorum uenit, unde res repetũt capite uelato, filo aũt lanæ uelamẽ eſt, Audi Iuppiter inqt, audite fines cuiuſcũq; ſint gẽtis. Numina audiãt fas. Ego ſum publicus nũcius po. Ro. pie, iuſteq; legatus uenio, uerbis meis fides ſit. Peragit dei de poſtulata, inde Iouẽ teſtẽ facit. Si ego ĩiuſte, ĩpieq; illos hoĩes, ullas res dari po. Ro. mihiq; expoſco, tũ patrię cõpotẽ nunq̃ ſinas eſſe, hęc cũ fines. hęc quicũq; ei primus uir obuius fuerit, hęc portã ingrediẽs, hęc forum egreſſus. Si nõ dabũtur quę expoſcit diebus tribus & trigĩta (tot eñ ſolẽnes ſunt) peractis, bellũ ita indicit. Audi Iuppiter, & tu Iuno, ac Quirine, Dijq; omẽs cœleſtes, uoſq; terreſtres, uoſq; inferni audite. Ego uos teſtor, populũ illũ quicũq; eſt, nomĩat, iniuſtũ eſſe neq; ius pſoluere. Sed de iſtis rebus in patria maiores natu cõſulemus, q̃ pacto ius noſtrũ adipiſcamur, cũ his nuncijs ad conſulendũ Romã uenit cõfeſtim rex, dictator, cõſul, ſiue quis ali⁹ ſenatũ habuerit ex his ferme patres cõſulit ꝟbis.

Quarũ rerum, litiũ, causarum cõduxit pater Patratus po. Ro. Quiritum patri patrato priscorꝫ Latinorꝫ hominibus, uel priscis Latinis, quas res nec dederunt, nec fecerũt, nec soluerunt, quas res fieri, dari solui oportuit. Dic inquit & quem primum sententiã rogat, quid censes? Tum ille puro, pioqꝫ duello quærẽdas censeo. Itaqꝫ consentio, consistoqꝫ. Inde alij ordine rogabantur. Quãdo pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibant, erat consensu fieri solitum, ut Fœcialis in iactu hastæ (ut dictum est) bellum indicerent.

DE SACRORVM REGE. TITV. XI.

Ex Liuio in principio secũdi. plura Diony. in principio. 5.

REX sacrorꝫ qui & sacrificulus dicit̃, Creari cœptus est Iunio Bruto, &. M. Valerio primis cõsulibus. Eius creandi occasionẽ dedit, quod cum nuper exactis regibus, plæraqꝫ sacra, a solis regibus obiri consueta, regum exactione uacare uiderent̃, idqꝫ moleste admodũ populus ferret, utpote ꝙ cultui Diuino, regũ exactione uideretur derogatũ. Sacerdotem creari placuit, quẽ quominus eidem auctoritatis inesset regio nomine decorauit, sacrorꝫ regem appellantes, subiecerũt tamen Pontifici Maximo ne si nullius dictioni fuisset suppositus, iam exacti reges, reducti sacrorũ rege esse uiderent̃, uel crederentur. Quæ uero huic sacerdotio partes iniũctæ essent, nunc tẽporis minime reperiũtur.

DE SIMVLAcri traiectiõe matris Deorꝫ. Tit. XII.

Sumpta ex Liuio lib. 9. 3. Decadis. Sillius in principio. 17. Plura. Ouidi. 4. fast. multa ad hoc faciẽtia scripsi in annotatiõibus So

lini.ca.7.De causa sacerdotii Spado. Lege Nasoné. 4.fastoꝝ ibi. Phryx puer. Augu.c.25.7.Ciuitatis dei,plura notaui in cōmen. Claudiani secundo in Eutrop.ibi.Labentem patriam.

GAllos quidē Berecynthiæ, siue illam Deoꝝ matrem dicere mauis dedicauit antiquitas, eamq; religionē ut plærasq; alias e Phrygia Romam reduxit.& eo quidem tempore,quo huiuscemodi carmē ex libris Sybillinis relatū est. Mater abest,matrem iubeo Roma ne requiras. Cū ueniet casta est accipienda manu. Hoc respōsum cum diu torqueret patres, quæ nā mater abesset,aut unde petenda, nō satis repire poterāt physici, Appollinis oraculū consultum misere, missi huiuscemodi responsa attulerūt.Diuum, Apollo inquit arcessite matrē. quam in Idæo quidē iugo reperietis. Missi ergo in Asiam legati,datū negocium, ut perquisitū, ac tandem cōpertum Deę simulacrū Romam reducerēt. Sed cū Attalus rex Asię cōperti a legatis simulacri,traiectionem negaret Romanis frustra iam abire parantibus uocē eisdem, & creditum esse Deæ auditā ferunt. Ipsa inquit peti uolui.Romamq; quæ Deoꝝ omnium dignū domiciliū est, deduci. Quo miraculo exterritus Attalus Romanis illico simulacri trāslationem cōcessit.Mari ergo trāsiecta Romam (ut traditū est) cū Tyberim nauis simulacro onusta uectaret, omni genere hominum ex urbe prodeūte cum carminibus, sacrisq;, in sicco Littore adhæsisse ferūt, & cū omis multitudo funibus iniectis summo conatu adniteret,nulla tamen ui auellere hærentē ualuit.Erat aūt in turba Romanoꝝ Claudia Quinta Vestalis,uirgo præstātissimæ formę, cuius exq̄sito habitu,multisq; pleno illecebris, uiolatæ

eius uirginitatis,publica suspicio circũferebatᷣ. Procubuit ergo puella ad pedes simulacri orans,obtestansq; Deam sic inquit.Læsæ uirginitatis me ream criminãtᷣ, tuũ Dea testimoniũ uti rem indices quæso, ut si tuo dãnata testimonio rea fuerim, admissam mortẽ luam.sin hac labe purã argueris,tum tu castissima, castas manus prosequere obsecro. Vbi hęc dixit reste q̃ alligata erat nauis,manu arrepta puellę admodũ parũ conãtis, facile tractũ ꝓsecuta est.Hoc pacto in urbe Scipio Nasica solus dignus,cuius manibus tangeretᷣ,reciperet urq; simulachrũ,iudicatus est.Datum ergo Scipiõi negociũ, ut templũ Deæ magnifice strueret,& eius cultui sacerdotes dedicaret, quos more Deæ uetusto spadones esse oportebat nõ alio pacto ad id sacerdotiũ legẽdos.Cuius quidẽ instituti hoc in causa fuisse cõmemorant. Dilexisse Cibelẽ puerũ quendam Phrygiũ, dilectoq; hãc cõditionẽ adiecisse,ne castitate polluta adniteretᷣ. Puerũ tñ Nymphã Sangaridẽ deperisse,& cũ apud eã sub arbore ei Nymphæ dicata,una quiescerẽt nocte dormientes, Deã arborẽ cũ ipsa Nympha trucidauisse, adolescentẽ metu fere exaĩmatũ in uicinũ montẽ cui nomẽ Dindĩa est, cõfugisse, doloreq; amentẽ, pudoreq; admissi facioris mẽbrũ q̃ deliquerat abscidisse.Hac ratiõe facti Dea mẽor p eiusmõi hoĩes ꝑpetuo sibi ministrari uoluit. Gallorꝝ uero nomẽ a flumĩe Phrygiæ uetusto, qđ tẽplo huius Deæ uicinũ est,tractũ ferũt,cuius(ut ferũt)fluuialis undę ea uis est,ut potãtes ĩsanire cõpellantᷣ.

DE DVVMVIRIS SACRORVM. TITVLVS. XIII.

Duũuiri sacrorum a Targnio superbo creati sunt, ut lib. 4. docet Dio. Gel. aũt. c. 19. primi ait ad libros tres Sibyllinos quasi ad oraculũ quindecimuiri adeũt cũ dii immortales publice cõsulẽdi sunt. De dedicatiõe ædis Casto. a Posthumio lege quæ scribunt Anto. & Marsus in fine. 1. fastorum.

DVumuiri sacrorum, quantum monumẽta ueterum legẽs consequi ualui, sacris libris legendis, carminibusq; Sibyllę, fatisq; Ro. populi interpraetandis pręerant. ut Appollinis sacri, aliarũq; cerimoniarũ antistites erãt, & quotiẽs prodigia, magnos aliquos rerũ euẽtus auspicãtia emersissent, Lectisternijs ad Puluinaria Deorum factis, ut illorum minas auerterent, supplicijs, sacrisq; placabãt. Eorum etiam ritu ꝓspere gestis rebus decernebant̃. Huius sacerdotij nullam ante mentionẽ repperi q̃ tẽpore, quo ædes Castori per filiũ Posthumi secũdi Dictatoris qui tũc duumuir dedicata est. Latiõ eñ bello pater ipse Dictator uouerat. Cæterũ cũ mlto tẽpore duo ad hoc ipsum sacerdotiũ uiri creati essent, ac plębs de suo quoq; corpore creare Consules pergeret, neq; ad id ipsum satis uiriũ esset, obtinuit tandẽ ut qui duumuiri in eam diem creati fuissẽt decẽuiri crearent̃, quinq; ex patribus, totidem ex plæbe electis, quare ex duumuiris, decem uiri appellari cœpti sunt.

DE SEPTEMVIRIS EPVLONVM. TI. XIIII.

Cicero. 3. de oratore dicit tres uiros Epulones a ueteribus pontificibus ĩstitutos ꝓpter sacrificiorum multitudinẽ De horum epulis scribit Val. in principio. 2. & Augu. 3. de Ciui. uide sint ne uera quæ Sipontinus de his asseruit.

SEptẽuiratũ Epulonũ q̃q̃ ut cõiectari põt gen⁹ esse sacerdotij p̃sumit̃, ꝓpterea q̃ cũ de uacatiõe vestalis

ſacerdotij agiť filiæ Auguris. x. uiri ſacroꝝ flamines, ſeptẽuiri Epulonum ab hoc ſacerdotio excuſationem mererenť, inter ſacerdotia hoc ipſum ſubiungiť. vtcũq; id fuerit quoniã nihil de hac re mediocris etiã fidei, auctoritatiſq; repperi, quod huic ordini officium cõ miſſum eſset, auſus aſserere non fui. Plinius tamẽ cum eſset orationẽ habiturus cum quaſi propter futuros aſtantes timeret, dixit. Stabat medio conſularis modo ſeptẽuir Epulonũ. Sunt adhuc Romæ in pyramide quadrata in ciſa hæc uerba. Opus abſolutum diebus. Cxxx. e teſtamento. C. Cornelij. tri. ple. ſeptemuiri Epulonum.

DE MAGISTRATIBVS AD RELIGIONEM non ſpectantibus. Titulus. XV.

Ex A. Gellio ca. 14. 13. lib. noctium Atticarum.

SEd quoniã nunc de reliquis magiſtratibus, quæ ad religionẽ non pertinent, tractare intendimus. Alij quidem omniũ magiſtratuũ maiores, alij uero minores ſunt. qui maiores, qui ue minores eſsent, paucis animaduertendũ eſt. Nã. A. Gellius plæraq; hac in re ex M. Meſsalæ Auguris libris, dicta reliquit, cuius uerba hęc ſunt. Patritiorum auſpicia in duas poteſtates diuiſa ſunt. maxima ſunt Conſulũ, Prętorum, Cenſoꝝ, neq; tamẽ eorum omniũ inter ſe eadẽ, aut eiuſdẽ poteſtatis ſunt, ideoq; collegæ nõ ſunt Cenſores conſulum, aut Prætoꝝ. Prætores conſulũ ſunt, ideo neq; Prætores, aut Conſules, Cenſoribus, neq; Cõſulibus Cenſores, aut Prætoribus turbãt, aut retinent auſpicia. At Cẽſores inter ſe, rurſus Pręto res, Cõſuleſq; inter ſe & uiciãt, & obtinent, Prætor & ſi collega Cõſulis eſt, neq; Prętorem, neq;

torem, neq; Cōsulem iure rogare potest, ut quidē nos a superioribus accepimus. ut ante hæc tēpora, seruatū est. Et ut in cōmentario. xiij. C. Tuditani patet, quia imperiū minus Prætor, maius habet Consul, & a minore imperio maius, aut a maiore collega iure rogare non potest. Nos his tēporibus prætores prętore creante, ueterum auctoritatem sumus secuti, neq; his Comitijs in auspicio fuimus Censores æq; nō eodem rogātur auspicio atq; Consules, & Prætores, Reliquorū uero magistratuum minora sunt auspicia. Ideo illi minores, hi maiores, magistratus appellantur. Minoribus creādis magistratibus, Tributis, Comitijs magistratus, sed iust⁹ curiata datur lege, maiores cēturiatis Comitijs fiūt. Ex his omnibus Messallæ uerbis (inquit) manifestū fit qui sint minores magistratus, & q̄obrem minores appellentur. Sed & collegam, esse Prætorē consuli docet q eodem auspicio creantur. Maiora autem auspicia dicuntur habere, quia eorū auspicia magis rata sunt q̄ aliorum. Consul ab omībus magistratibus Comitiatū, & contionem auocare potest. Prætor & Comiciatum, & contionem usq;quaq; auocare potest, nisi a Cōsule. Minores magistratus nusq̄ neq; comiciatum, neq; cōtionem auocare possunt. Ea de re, qui eorum primus uocat ad comiciatum, is recte agit. Quoniam bifariam cum populo agi non potest. Nec auocare alius, alij posset si contionem habere uelit uti ne cum populo agant, q̄uis multi magistratus simul contionē habere possint. Ex his uerbis Messalæ manifestum est, aliud esse cum populo agere, aliud contionē habere. Nam cū populo agere, est rogare quid populū, ad quod suffragijs suis

Gellius c. 15. 13. lib.

iubeat aut uetet. Contionem autem habere, est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

DE SENATORVM ORIGINE. TIT. XVI.

Ex Diony. lib. 2. Liuio lib. 1. De Senatoribus extat Titulus. 9. primi digestorum. plura Plutar. in uita Romuli.

SEnatorum originem a Romulo institutam esse, nemo ambigit. quippe qui urbis parẽs, & conditor, cũ iã nouã ciuitatem uiribus & robore iuuenum affatim a se munitam cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si eandem consilij ope fulsisset, ex primoribus patrum, q tunc aderant, ciuibus, centum numero elegit, quos ob honorem patres, ob ætatem Senatores appellauit, ut apud Lacedæmonios senes appellari eos, qui summũ quendam magistratum gerunt, Cice. ait. Qui uero ex his primoribus centum Patribus, geniti sunt, patricij nuncupati sunt. Hunc ordinem mox Tullus Hostili⁹ expleuit, Alba a se diruta, Albanisq; in urbẽ inductis. tũ Tullios. Seruilios. Quintios. Gegamos. Clodiosq; Senatores accepit. Exactis aũt regibus, Brutus Consul exhaustũ bonis uiris Senatũ intuẽs, primores equestris ordinis ascribi in Senatores opã dedit, illosq; cõscriptos patres appellauit, ex quo tpe, patrũ cõscriptorum, appellatio locum habere instituit. Penes hos quidẽ Senatores adeo semp totius. R. P. summa innixa est, ut ne reges q dẽ, Cõsules, aut Dictatores, aut alius quispiã magistratus, in cõsulto senatu quippiã moliret, adeo ut cũ Tarquinus superbus pleraq; preter senatus auctoritatẽ decerneret, tũ demũ amisso regio noĩe, Tyrãnus appella

retur. Senatores uero triplicis ordinis fuisse repperi, alij enim Patricij, alij Pedarij, nõnulli uero Cõscripti appellabantur. Patricij sunt hi maxime, qui centum illis patribus a Romulo lectis, geniti sunt. Conscripti uero Senatores hi, qui regũ Consulum, Censorum, ue decreto in senatũ lecti sunt. Pedarios autẽ Senatores uarijs rationibus appellatos inuenio, alij eñ q̄ hi non haberent sentẽtię dictionẽ in senatu, sed in alioꝝ sentẽtias pedibus irent dictos Pedarios putãt. Alij q̄ essẽt plærique qui magistratus Curules adepti, sella Curuli in Senatum ueherent. qui uero pedibus iter facerẽt, Pedarij noĩabant. M. aũt Varro equites quosdã esse ait, q̄bus amplioribus magistratibus functis, nondũ tamẽ a censoribus, in senatores lectis, nõ esse ius dicẽdæ in senatu sentẽtiæ, cũ tamẽ in senatũ uenire liceret, sed quas sententias prĩcipes dixerãt, in eas descendebãt. De ordine uero, ac ratiõe cõsulendi senatus, quę hucusque repperi, ea potissimũ adducã. Aliquãdo .n. primo rogari mos fuit, q̄ princeps in senatu a Cẽsoribus positus fuerat, nõ nunq̄ uero ut hi prius rogarentur, q̄ Cõsules designati essẽt institutũ est. Cicero aũt in eo libro quẽ inscripsit Catonẽ maiorẽ de senectute. Tantũ aliquãdo senectuti honoris tributũ scribit, q̄ ut q̄sque natu grãdior esset, ita prior in senatu sententiã rogaret. usu tandẽ introductũ esse dicit, ut quẽ consul ipse rogasset, is prior ex sentẽtia uerba faceret. Aliũ tñ q̄ consularẽ uirꝝ rogari fas fuisse negãt. Ex q̄ sane cõsuetudĩe. C. Iulius Cęsar in eo cõsulatu quẽ gessit cũ. M. Bibulo tris dũtaxat uiros extra ordinẽ rogasse dr̃. M. Crassũ. Cn. Pompeiũ, &. M. Catonẽ. post. M. Crassũ. Cn. Pompeiũ ubi filiã sibi in

Au. Gel. c. 18. lib. 3. Plutar. pble. 58.

Oĩa ca. 10. 4. Gellius. Valerius Max. tit. 5. secundi

matrimonio collocauit rogare primum cœpit. Cum uero. M. Catonem rogaret, atq; idem cũ consulebatur de. R. P. nimis forte diceret, longioreq; ꝓinde oratiõe uteretur, qua omne fere tẽpus quod est habendũ Senatui tereret, Cæsar Viatorem uocauit. M. q; Catonem quoniã finem non faceret, prehendi loquentẽ, & in carcerem trahi iussit. Catonem cũ imperio pareret, Senat⁹ consurrexit, & ad carcerem prosequebatur. Cuius rei quasi inuidia motus Cęsar destitit, atq; emitti iussit. De more autem habendi senatus. M. Varro rogatu Pompeij, librum edidit, cum ille primum Consul cum. M. Crasso fuisset designatus, creditur quia foris, militiæq; ad eam ætatẽ occupatus uellet ciuilis consuetudinis, cuius expers erat, fieri peritior. Sed eum librũ in ipsa Varronis ætate perijsse idem ipse in epistola ad Opianicũ scripsit, qua in epistola multa scribere Varronẽ id gen⁹

ca. 7. lib. 14. A. Gellius in cõmentarijs noctium Atticarũ refert, primum ibi scriptum fuisse per quas personas haberi Senatũ liceret. Nominat Dictatorẽ, Consulem, Prætorẽ. tr. pl. Interregẽ, præfectũ urbi, neq; ullis alijs ius fuisse Senatum frequentem fieri iubere asserit. Addit deinde extra ordinario iure Tribunos militares, qui pro Consulibus essent. Item decẽuiros quibus imperiũ cõsulare tum esset. Item triũuiros R. P. constituendæ causa cre-

Gel. ca. 8. 14. atos ius consulendi senatũ habuisse. De præfecto urbi Latinarum utrũ Senatum habere liceret, non satis conuenire ait, qui licere negauit quod ne ille quidẽ Senator sit perinde ius dicendæ in senatu sententiæ nõ habeat, in rationem adducunt, eaq; ętate, quæ nondũ senatoria sit creari. M. autem Varro, & Ateius Capito ius esse

præfecto urbi Senatus habendi aiunt, quandoquidem & . tr. pl. quanq; non essent Senatores ante Accinium plæbiscitũ ius senatus habendi esset. Scripserat etiã de intercessionibus, illis uidelicet ius intercedendi fuisse, qui uel ea potestate, uel maiori iuissent ijs qui Senatus consultum, aut plæbiscitũ, uel aliud decretum rogarẽt. De loco habendi senatus, aut senatus cõsulti rogandi, nisi in locis per augures constitutis, quę tẽpla appellabãt, haberi, rogari ue posse negabant, unde & in curia Hostilia, in Põpeia, & post in Iulia cum ꝓfana essent, tẽpla per Augures sunt constituta, ut in ijs senatus consulta more maiorum iusta fieri possent. De tempore uero habendi senatus ita disserit. Ante exortum inquit solẽ, aut post eius occasum, Senatus cõsultum irritum esse. opus etiam Censorꝝ fuisse, per quos, & quo tempore factũ esset senatus cõsultum. De ætate autem senatoria, etiam adolescẽtibus senatorꝝ senatum ingredi licuisse, ueterum monumẽta legentibus apparet. Quominus uero tandem in senatum illi ætati uenire liceret. Papirij prætextati factum in causa fuit. ut Valerius Maximus scriptũ reliquit. Tunc igitur constitutũ ne cui pauciori bus. xx. & quinq; annis nato senatum ingredi liceret, ut est apud Plutarchũ in uita Magni Pompeij. Itẽ apud ius ciuile Romanorꝝ, quo nos etiã hoc tẽpore utimur, facile cõspirari licet. Qui uero senatus habiturus esset auspicari primo, atq; immolare hostiam debere. Idem Varro censebat. Docuit & de diuinis rebus prius q̃ de humanis ad senatũ esse referendum. Item senatus consultum duobus modis fieri, aut per discessionem, si cõsentiretur, aut si res dubia esset, per singulorꝝ sententiã.

a.l. Actinium

Gel. c. 7. 14.

Gel. ca. 23. 1. Macrobi⁹. 1. Satur.

Gel. ca. 7. 14.

Oia ex tit. 9. 1. digestoꝝ.

ff. de senatoribus. lege Emácipatú.

De pignore quoq; capiēdo de multa irrogāda Senatori, qui pro tp̄e in senatū uenire debuit non interfuerit. Quantū uero ad senatoꝝ familiā ꝑtinet, Senatoriarum personaꝝ appellatiōe, & uxores cōtineri decretum est Adoptiuos aūt filios, & si anteq̄ patres in senatū essent ducti, sese in adoptionē dedissēt, Senatores esse placuit. Siquis aūt ex patritioꝝ ordine, plæbeio homini se in adoptionē dediderit, patriciū tamē manere cautū est, quā legem ea tēpestate nullā fuisse arbitror. cū. P. Clodius uir patricius, quo tp̄e tribunicia potestate fungeret̄ qua aduersum. Ci. factione uteret̄ plæbeio homini se adoptandū præbuit. Cōtra Senatoꝝ filiæ nisi quæ Senatorijs hominibus nuptui traditæ essent, clarissimaꝝ fœminarū nomine nō continerētur. Senatoris uero filiū a patre emancipatū, & si filij nomen iure ciuili amittit, Senatoriā tamen retinere dignitatē creditur. Posthumi autem quāuis post patris mortem nascuntur, Senatorij tamen homines appellabantur, eum uero qui postq̄ pater senatu motus est concipitur, & nascitur, non esse Senatoris filium Proculus, & Pegasus opinabantur, siquis uero ante conceptus fuerit, q̄ eius pater, Senatu amoueretur, non nocebat filio casus patris, quo minus Senatoris filius censeretur, sed si pater anteq̄ cōciperet filiū, senatoriam dignitatem amiserit, ac deinde decesserit, filij aūt in aui potestate Senatoris reciderēt. & si non quasi Senatore patre nati uideantur, Senatorij tamen esse censebantur. Mulieres autem senatoribus primo, deinde inferioris sortis hoībus matrimonio collocatę, clarissimaꝝ ordinis nō sunt. Itaq; īpetrare plæreq; a prīcipibus solēt, ut nuptę iterū inferioribus uiris

in senatoria nihilomin' maneāt dignitate, ut dicit̃ diuũ Augustũ Iuliæ Maniæ consobrinæ suæ indulsisse. Senatores uero, senatorio ordine amotos, q̃uis capite non minuantur, & ciuitatem retineant, iudicare tamē, ac testimonium dicere prohibet, lex Iulia Repetundarum.

DE TRIBVNIS CELERVM equitũ. Tit. XVII.

Diony. libro. 2. Liuius lib. 1. Plutar. in uita Romuli. Quidā existimant Luceres a Lucumone deo denominatas. Festus autem Pompe. a Luceo Ardeæ rege q auxilio fuit Romulo aduersus Tatium bellanti.

TRibunos celerũ equitũ primus Romulus creasse fertur, cũ tres equitũ Cēturias quarꝝ opera in omni R. P. discrimine uteretur, ascripsit eas cēturias Ramnensiũ, Tatiensiũ, Lucerũ appellauit. Ramnensiũ a Romulo, Tatiensiũ a Tatio, Lucerum uero denominatio (ut Liuio placet) incerta est, quos aũt tercios his p̃fecit uiros, quos ex trib' elegit tribubus, Tribunos noīauit, fuisse aũt numero trecentos ait equites, eo qđ singulis, curijs, quę triginta erāt, decē asciuerit. Quod uero celeriter accurrere eos uolũt, si quādo R. P. illorꝝ opera indigeret, appellari celeres uoluit. Sũt etiā qui a Celere q̊dam qui primus ijs ordinibus a Romulo prefectus fuerit, Remi interfectore hoc nomē inditũ esse opinent̃, ut Ouidius in libro fastorum significare intelligitur. In fine quarti

DE QVESTORIBVS. TIT. XVIII.

Quare autem creati fuerint docet Pom. ti. 2. 1. digestorum, ponit aũt quæstorꝝ genera. 2. primum eorꝝ qui pecuniæ. 2. eorum qui capitalibus rebus præesset. eorꝝ officium narrat Vlpianus tit. 13. 1. digestorum. lege Var. 1. de lingua latina.

QVæstoribus creandis origo uetustissima est, & ante omnes pene magistratus instituti sunt. Gratianus aũt in eo libro, quem de tẽporibus scripsit ipsum etiam Romulũ, & Numam duos habuisse questores, quos non sua uoce, sed populi suffragio creatos, scriptũ reliquit. Cæterũ ut Romulum Questores habuisse nõ usqꝫ quaqꝫ notum est, ita Tullium Hostilium regem Quæstores habuisse constare inquit. Quod uero publicæ quærende pecuniæ prepositi essent appellatos aiunt. Quæstorũ uero ærarij, & urbanæ pecuniæ curã agere, prouincias partim exigendis uectigalibus sortiri pleriqꝫ, ut Gratianus dixit epistolis in senatu legẽdis occupari. Iiqꝫ nuncupati candidati principes. Nõnunquã autem maleficia cõquirere Quæstoribus negocio traditum est, ex quorꝫ exercẽdis questionibus, Questores dictos fuisse. M. Varro opinari uidetur Questores ut fere omnes reliquos magistratus, tam plæbeios, q̃ꝫ patricios promiscue creari obtinuit, quæ potestas quoniam minoribus ascribitur, neqꝫ prehensionẽ, neqꝫ uocationem habet, & quẽadmodum priuati in ius ad pretorem uocari solent eadem gerendorꝫ honorum, dicẽdæqꝫ in senatu santentiæ initium fuisse perhibetur, etiã quia de capite ciuis Ro. iniussu populi, non erat pmissũ Cõsulibus dicere, propterea equestores constituebant a populo, qui in capitalibus præessent rebus, ij appellabantur quæstores parricidij. Quorum & meminit lex duodecim tabularum.

Gelli[9], ca. 13. lib. 13.

Pom. titu. 2. . 1. digestorũ l. necessariũ.

DE INTERREGIA POTESTATE. TI. XIX.

Ex Diony. lib. 2. & Liuio. lib. 1. Plutar. in uita Numæ.

Romulo

ROmulo ergo humanis iã rebus ſubducto, fluctu-
antibus patrũ animis quo pacto rem.p. ꝓcuraret,
quem inde in mortui regis locum ſuffecturi, aut quo
tandem pacto eſſent, ne noua multitudo ſine rege, ac
duce paſſim uagaretur, ac uicinorum tandem irritatis
animis, urbem rectore uacuam uis aliqua externa ad-
o iretur, difficultati rerum cõſulere rati, centum patres
decem decurijs factis, ſingulos ex ſingulis legunt, qui
ſummæ rerum præeſſent. Ex ijs unum qui inſignibus
imperij, & faſcibus eſſet, decernunt, quinqꝫ dierꝫ ſpa-
tio finiebatur imperiũ, eoqꝫ pacto uiciſsim inter ſe ſor-
tiebant̃ dum orbe exacto annus circumageretur. Sed
huius imperij cũ iam perteſum uideretur, ac plæbs pro
uno rege, centum ſortitũ eſse quereretur, audirentqꝫ ea
moueri patres, qui uel imperiũ poſcituri eſse uidebant̃,
per ſpeciem beneficij ultro offerentes rati, ſummã po-
teſtatem populo permittunt, ſtatuunt ue ne plus iuris,
ac poteſtatis futuro regi permitterent, q̃ apud ſe retine-
rent, ſimul decernunt quem populus ipſe regem iuſsiſ-
ſet ita demũ ratus haberet̃, ſi patres auctores extitiſsẽt.
Tum interrex contione aduocata. Quod bonũ fauſtũ,
felixqꝫ ſit (inquit) Quirites regem create ſi dignum qui
ſecundus a Romulo ſit creaueritis, patres auctores fiẽt,
atqꝫ ea conditione reges creabant, apud quem ſumma
rerum erat. Dum regia poteſtas, uacans erat, Interrex
appellabatur. Apud minores uero Romanorꝫ cum R.
P. cauſa abeſsent Conſules, neqꝫ habendis comitijs in-
tereſse poſsent, ſine uicio Conſules creati eſsent, ſi Di-
ctatorem Comitiorum cauſa dici non placuiſset, res ad
Interregem deducebatur. ac per Interregem cõſu-

laria comitia habebantur.

DE DVVMVIRIS CAPITALIBus. TIt. XX.

Liuius lib. I. Diony. aūt li. 3. dicit cognitionē sororicidæ permissam populo. Pom. tit. 2. primi digesto. Cōstituti sunt inqt & triumuiri capitales q carceris custodiā haberēt, ut cū aiaduerti opporteret, interuētu eorꝝ fieret Var. etiā mēinit. I. de ligua latina.

SI duūuiratus capitalis repetere originē uolueris, usqꝫ à Tulli Hostilij regis tpibus erit repetenda. Is eñ bellū cū Albanis gesturus, copias iam e cāpis in aciem eduxerat. Tum Metius Suffetius Albanorꝝ dux, regē Romanorꝝ ad colloquiū uocauit, qui ubi in conspectū uenerunt, diu de cōditionibus pacis inter eos agitatum est, hanc tandē conditionē inierunt. Erāt in exercitu Albano trigemini fratres, q Curiatij appellabant, ut hi cū trigeminis Oratijs Romanis ferro dimicarēt utrius exercitus uictores essent, is populus cum bona pace, alteri imperaret. Armati ergo hinc Oratij, illinc Curiatij, in cāpum prodeunt, diu uario Marte pugnāt, ad extremū tres Curiatij, atqꝫ ij quidem oēs faucij, duos ex Oratijs obtruncāt, tertio integro relicto. Iuuenis ergo integer corporis, animiqꝫ uiribus ne si stādo tutari ictus nō posset, ambire campum instituit, ex Curiatijs qui ualidior erat, metu exanimatū fugere ratus, persequi illū, ægre licet, pergit. Oratius ubi alterum longe ab alijs esse cernit. Curiatiū aggredit, paruūqꝫ ualidū facile obtruncat. Accurrentē fratri ferre auxiliū, primo illo etiā infirmiorem, & uix sustinentem arma, facilius occidit. Tertium graui uulnere, metuqꝫ grauiore, minore negocio cōfodit. Iuueni ergo Oratio oīm cōsensu gloriosissim⁹ tri-

umphus decernit. Triũphanti ergo cũ oẽ genus hoĩm, tũ Oratia soror uenit obuiã. hæc Oratia alteri ex Curiatijs forte despõsata fuerat, quæ ubi conspexit, occisi nup a fratre uiri pẽdẽtes ab hasta exuuias, lamẽtis & foemineo eiulatu cõplebat oĩa, cuius rei indignatiõe sororẽ interfecit ratus publicã lætitiã turbasse. Triũpho ergo acto Oratius ad regẽ trahit, in carcerẽ seruãdus traditur. ergo oĩm sentẽtia Oratiũ dãnat capite, sed recens tam insignis facti memoria, p multũ fauoris a rege ipo, sibi uẽdicat. Dilationẽ ergo iuditij rex queritãs, tum primum duos uiros creat, quæstionẽ iudicij ab se ad illos reicit. quid plura, duũuiri plectendũ capite Oratiũ pnunciant. sed Oratius ab illa sentẽtia populũ appellat. res ad populi iudiciũ reijcit. Tũ uero senis orbicq; trium liberorũ parẽtis lachrymis & p cõtione oratiõibus acta insignis actæ rei recẽter memoria, reũ iuuenẽ populus absoluit. Tũ ergo duũuiris capitalibus initiũ esse coepit unius tamẽ argumento triumuiri collegæ facti sunt, qp uero capitalibus quæstionibus præessent, & carceris rerum capitalium agerent custodiã, capitales appellati sunt, cuius etiã magistratus in damnatione. C. Manilij Capitolini opa usum po. Ro. Liuius meminit. Eorundem interitu triũuirorũ in eos qui cũ. L. Catilina coniurauerant animaduersum est, ut meminit Salustius. Libro .6

DE PRAEFECTO VRBIS TIT. XXI.

Quæ scribunt hoc titulo, habentur fere omnia ab Vlpiano tit. 12. primi d gestorũ. Gellius ca. ultimo. lib. 14.

DE prefecto urbis nusq̃ antea quicq̃ reperit. quã de Sp. Lucretij patris Lucretiæ prefectura. nõ tamẽ

alios reges præter Tarquinũ superbum præfectos urbi creare potuisse negauerim. Quo se se res uertant, cum regibus proficisci opus foret, penes præfectum urbis summa rerum relinquebatur. Vbi autẽ imperiũ propagatum est, totius Italiæ iurisditio ad præfectũ urbis delata est. Omnia eñ crimina, quæ per totam Italiam admittebantur, ut epistola diui Seueri ad Fabium Cylionem cautum est prefectus urbis sibi uendicat. In initio uero eius epistolæ ita scriptũ est. Cum urbẽ nostrã fidei tuæ cõmiserimus, quicquid intra urbẽ admittitur, ad præfectũ urbis uidetur pertinere. Sed & si quid intra centesimum lapidẽ admissum sit præfecti urbis ad cognitionẽ pertinet, si ultra centesimũ lapidem admissum fuerit, urbis prefecti notio nõ erit. Audiet seruos q ad statuam confugerint, aut qui de dominis cõquerant, q de suo peculio empti non manu mittantur. Audiet dominos egentes, & qui se ægros esse dicant, desiderẽtq sibi a liberis suffragiũ impendi. Relegandi etiam, deportandiq in insulã, potestatem præfectus huiusmodi obtinet. Si quis autem seruum suum in uxorem suam adulterium cõmisisse asserit, apud prefectum urbis erit audiendus. Neq est alienũ ab eius potestate, ut coram ipso interdicatur, quod ui, aut clam exercetur. Solẽt itẽ ad præfectum urbis tutores, curatoresq remitti, qui male in tutela, curaq uersati fuerant, quiq grauiore animaduersione q ut suspectorꝝ crimen incurrant indigent seu quos probari possit datis nummis tutelam occupasse, seu accepta mercede operam dedisse, quominus idoneus tutor assignaretur alicui uel consulto circa edendum patrimonium eius quantitatẽ minuisse,

ſiue euidenti fraude pupilli bona alienaſse. Id quocꝫ iniunctum eſt huic magiſtratui a diuo Seuero ut mancipia tueatur ne proſtituantur. Curare præterea præfectus debet. ut Nūmularij probe ſe agant circa ſuę ꝓfeſsionis negocia obeunda, tēperetcꝫ ab ijs, quæ leges non admittunt. Si autem patronus ſe a ſuo liberto aut docuerit, aut contumelioſum ſibi libertum queratur, ſiue ſe conuitium ab eo paſsum, liberum ue ſuum, uel uxorem, aut quid ſimile obiectū fuerit, præfectus urbis adiri ſolet, & ꝓ modo querelæ corrigere eum aut cōminari, aut fuſtibus caſtigare, aut ulterius procedere in pœnam ſolet. Quod ſi delatū ſe a liberto, aut contra ſe cum inimicis conſpiraſse doceat, etiā in re tali præfectus in eum pœnā conſtituet. Cura etiam rei macellariæ omnis, ut iuſto precio ueneat, ad officium præfecti pertinet, & ideo forum Boarium, Suarium, Piſcarium, & olitorium ad eundem præfectū pertinet. Ad tuendā quocꝫ populorum quietem diſpoſitos ſtationarios milites habere debet, curarecꝫ ut ſibi quod ubicꝫ agitur per delatores denuncietur. Poteſt etiā urbi interdicere negociationi, ꝓfectionibus, aduocatiōibus, & foro ad tēpus, & in perpetuum. Sed cum multo tempore præfectus urbi creatus fuerit, demum illius ditione delata ad prætorem tranſlata Latinarum feriarum dumtaxat creari cœptus eſt, & cum cæterorum omniū magiſtratuum fora quieſcerent, ſoli præfecto urbi Latinarum ſubirent, ne quis alteram magiſtratuum ſpeciem arbitraretur. Plæracꝫ quæ ad præfecti ditionem pertinere uidebantur de induſtria ommiſsa ſunt.

Sūpta ex fine primi Liuii.ex.4.Diony.Pom.ti.2. primi digesto. de officio Consulis habet tit.10.primi digest.Augu.ca.16.tertii Ciuitatis,primi Cōsules kalen.Ianu.creati sunt. Inde factum est ut Ianuarius primus mensis anni a Ro.haberet.Plutar.,pble.18.

CONsularem potestatē, regiæ potestatis exemplo accersitam fuisse,uetustatis monumenta declarāt. Exactis eñ regibus,duo uiri creati sunt,quibus præter ꝙ annuum imperium datum est,nihil aliud immutatū est.Itaq; lictores & Trabeam cæteraq; regum insignia tenuere.Quod consulere.R.P.deberent Consules appellauere. Iniunctumq; ut omnium quæ e.R.P.fore arbitrarentur, diligenter curam agerent Primi consules post exactos reges, fuere. L. Iunius Brutus, & .L. Tarquinus Collatinus.Brutus cum collega egit,ut penes alterum dumtaxat fasces forent ne si penes utrumq; populus conspexisset,duplicatum terrorem ex uno ad duos reges quęreretur,duodecim erant numero lictores,qui cum fascibus uirgarum securim cuiq; cōsulum pręferebant,quem numerū lictorum collegisse Romulum ferunt.eo ꝙ duodecim uultures in Auētino mōte quū augurijs cum fratre cōtenderet inspexit. Nōnullis autem,atq; idoneis auctoribus hoc ut plæraq; alia.s. Apparitores,Sellā,Curulē,Togam, & Prætextam ab Etruscis populis absciuisse,uerisimilius uidet. Etruscos eñ cum duodecim populis constarēt, rege cōmuniter creato,unū lictorē regi,singulos exhibuisse. Lictores aūt a ligando dictos existimāt ꝙ quē Cōsules ꝓhendi iussissent,pręsto essent ad prehendendū, & uenientes Consulibus obuiam, de equo descēdere iuberēt. Iunio

autem Bruto altero ex Consulibus extincto cum solus P. Vale. in consulatu remansisset, hic em̃ in Tarquini Collatini locũ susceptus erat, ꝙ ille ob inuisum Tarq- norꝝ genus se cõsulatu abdicare cõpulsus esset, ut sunt mutabiles uulgi animi in ipsum non inuidia modo, sed suspicio etiã cũ atroci crimine aborta est. & cum Con- sul aduocata contione se expurgasset, auctor esse insti- tuit ferendę legis, ut aduersus oẽs magistratus esset ꝓ- uocatio. Tum uero consularis auctoritas regiæ pote- stati longe inferior esse cœpit, ac libertatis iacta semina mirũ in modũ coaluisse uisa sunt, Consules nisi a patri- bus creari, quod apud alios auspitia nõ essent religionẽ fore aliquãdo creditũ est. Profligato tandẽ Gallico bel- lo eo. s. quo. T. Manlius Torq̃tus torque hosti Gallo, quẽ singulari certamine occiderat, detracto, Torquati nomẽ sibi, posterisq; suis clarissimũ dedit, assiduis Tri- bunitijs seditionibus uicti, alterũ ex plæbe Consulem creandũ cõcessere Prim⁹ aũt de plæbe cõsul. L. Sequa cius creatus est. Et cũ antea Tribunos militũ, q ꝓ cõsu- libus essẽt, ex suo quoq; ordine creari plębs obtinuisset sæpenumero creationi tribunorꝝ cõsularis intermissio fuit adeo ut duobus aliquando, nõnunq̃ pluribus sæpe etiã paucioribus annis consulare imperiũ uacauerit. De cõstitutione uero cõsularis potestatis id uulgo cõptum est habitis. s. per Consules siue alterꝝ duorꝝ, siue per In- terregẽ, & Dictatorẽ comitijs quæ tribuum, Cẽturia- rũq; conuentu, ac suffragijs constãt, & in campũ Mar- tium accitis, qui Consulatum petituri erant in campum descendunt. atque eo ꝙ tunc candidis uestibus indu- ti sunt, candidati uocantur, in quem igitur populi suf-

Gel. ca. 13. 9.
Val. tit. 2. 3.
Liuius lib. 7.

Gel.c.27.15.

fragia Consularibus habitis Comitijs, suffragijsque rite peractis concurrebant. Is erat consul designatus. Sed quoniam de Comitijs habuimus mentionẽ, non incongruum est hic nõnihil ex ijs, quæ ad nos usque puenerũt ascribere. Comitiorũ enim alia Calata, alia Tributa nuncupatur. Calata uero dicta quod per lictorem curiatĩ calari.i.uocari. Ea uero in Centuriata, & Curiata diuiduntur. Curiata ex curijs quæ triginta numero erãt, & omne genus ciuium cõtinebant, per curiatum lictorem uocabantur. Centuriata uero per Cornicinem ex cẽsu, & ætate accersiebant. Tributa uero ex omnibus regionibus urbis, ac tribubus (ut reor nuncupata) constabant. Centuriata autem fieri intra pomeriũ nefas erat, quia exercitui (ut ferunt) nisi extra urbem imperari ius nõ sit. Propterea Centuriata in campo Martio haberi, quod exercitui imperari præsidij causa solitum sit. Illud preterea necessarium Cõsulatum petentibus, ut per se ipsos Comitijs interessent, per alios petendi facultas nullo pacto decernebat. Quinetiam perscribendis cæteris magistratibus obseruatum uideo. Eam præterea potestatem, de qua agimus, & filijfamilias, & sui iuris constituti consequuntur, seque ipsos apud se sua auctoritate emancipandi facultas est. Tandem etiam institutum ut qui Consules fierent, ipso iure sine emancipatiõe a patriæ potestatis uinculo, liberarentur.

Lege titu. 6. 1. digestorũ.

DE DICTATORE. TIT. XXIII.

Sũpta ex.2. Liuii fere oĩa. plura notatu digna scribit Diony. circa finẽ.5. Id aũt anno.ix. post reges exactos factũ esse scribunt. Eutro.c.xi. primi & Euse. lib. temporũ. legẽ de prouocatione habes a Liuio lib.3. Pompo. tit. 2. primi digestorũ.

Dictatorem

Dictatorem Albanos prius q̃ Romanos habuiſſe (quippe qui Metiũ Suffetium habuerunt) teſtis eſt T. Liuius. Apud Romanos uero primus Dictator factus eſt. T. Largius primũ conſul. quo anno, quibus ue Conſulibus nõ ſatis conſtat. Illud uero liquet Latio Sabinoq; bello impendẽte quadragintaue populis in Romanos cõiuratis, concitãte Mamilio Octauio Tuſculano, Tarquinij Superbi genero, qui eum penes exulabat Dictatorem Romæ creari inſtituiſſe. ea ſum̃a quidem poteſtas apud Romanos fuit, a qua nec prouocandi ius fuiſſe, & animaduerſum in capite cuiuſq; ciuis Romani, totiuſq; R. P. ſummã ditionem penes ipſum habuiſse, ueter℞ ſcripta teſtantur. Lictores & uniuerſa regum inſignia Dictatori attribuere. Quia autẽ ſummũ ei in populũ ius ſummaq; poteſtas fuit, magiſter populi cognominatus eſt, ex quo factum ut qui poteſtatem aliquã de publico haberet, utpote illud a ſupræma dictaturæ poteſtate ortũ duceret magiſtratus uelut a candido cãdidatus uocaretur, Dictator autẽ a nullo alio pacto creari conſueuit, q̃ cum uis aliqua maior de improuiſo aborta, ingentẽ urbi cladem minitari uideretur. Prius non niſi e patribus uelut plæraq; alia Dictatorẽ legi fas fuit, tandẽ ut cætera quoq; id ipſum imminutũ eſt, bello em̃ quod Po. Ro. cũ faliſcis geſſit. Tarquinenſibuſq;, primus de plæbe dictator creatus eſt. G. Martius Rutilius, qui & ipſe Magiſtrũ equitum etiam de plæbe hominẽ. G. Plautium dixit. Hunc magiſtratũ quoniã q̃ ampliſsimus eſſet, non niſi ſex menſes retinere licuit. Quod uero futuros dictare magiſtratus ſolitus ſit, appellatum eſſe Dictatorẽ M. Varro ait.

Liuius lib. 7. omnia.

Dicta. magiſter populi is

a consule debet dici. Var. 2. de lin. lati. De noie dictato. nocáter. Diony. circa finem quinti.

Huius etiam prætextu magistratus L. Sylla, ac deinde Iulius Cæsar rem publicã oppressere tyrannidis, inuisum atq; infame nomen euitare cupientes, de Dictatore ergo quantũ per ueterũ disquisitionẽ licuit, diximus.

DE MAGISTRO EQVITVM. TIT. XXIIII.

Sũpta ex. 2. Liuii, & 5. Diony. circa finẽ. Eutro. & Euse. ubi supra. De hoc magistratu tit. 2. & 11. primi digestoꝝ.

QVales tribuni celerum apud reges, tales ferme apud dictatores magistri equitũ fuere. & ut dictatori ius summũ in populũ fuit, ita in omẽs milites, & accẽsos magistro equitũ fuisse traditũ est. Primus magister eqtũ Sp. Cassius fuit a T. Largio prĩo dictatore creatus. Id demũ officij fuit magistris equitũ apud dictatores, qđ tandem prefecto pretorio apud Cesarem.

DE TRIBVNO PLEBIS. TIT. XXV.

Liuius omnia lib. 2. Diony. uersus finẽ lib. 6. Aug. ca. 18. 2. Oui. 3. fastoꝝ. ibi. Plebs uetus. Sacer autem mons, ideo dictus est (auctore Festo) quoniam Ioui sacer erat.

TRibunis plæbis creandis initium fuit secessio plæbis a patribus in montem Sacrũ facta. Transacto enim bello hinc Volscoꝝ, illinc æquorum, atq; Sabinorum, cũ ex promissis patrũ ferendæ legis, deliberãda a nexibus fœneratoꝝ plæbe, spes quibusdam certis indicijs uersaretur, quæ tum quadam, ac nimia lusione protrahi uideretur a patribus. Marco Valerio Dictatore creato, qui ad populares seditiones conprimendas ingensq; gerendum bellum mitteretur, cumq; pro plæbe ad ferendã legem intercedere cœpisset, & se &

plæbem frustrari uideret, magistratu se abdicauisset, accederetq; ad indignitatē plæbis, quod patres plæbis aīos a seditionibus auertere rati, sub prætextu sacramēti cōsulibus præstiti, nouo bello cogere ad militandū adnitebātur. Plæbs permoleste id ferens in montē Sacrum, qui est trās Anienem tertio ab urbe miliario secessit, quod cū ingentē trepidationē incussisset patribus, quonā eī modo urbem oīm militum robore exhaustā si qua uis belli aliqua ex parte irrepsisset, tutari R. P. facultas dabatur. Meneniū Agrippā summæ ea tēpestate auctoritatis uirum plæbi charū pariter ac patribus legatū ad cōponendā popularem seditionē decernunt, qui graui usus oratione in qua Apologum de cōspiratione mēbrorū cōtra uētrem induxit, quēdmodū si q̄ ea cōspiratio cladis attulerit. usq; eo deliniuit plębis animos, ut illius opera pacē cum patribus īniuerit. In cuius pactione fœderis, cōuenit uti plæbeios in urbe magistratus, obtinerent. Duos ergo Tribunos tum habere plębs cœpit. A. Vir. T. Vetusio Cōsulibus. Alia rursus secessiōe, tres additi Appio Claudio. & C. Quītio consulibus. Mox quinq;. Item alij consulibus. M. Oratio Puluillo, & Q. Minutio hoc pacto. x. Tribunis in plæbem Ro. fuit iurisditio. Tribunorum uero tanta creuit auctoritas, ut quicquid senatus decreuisset, ita demum ratū haberetur, si Tribuni approbauissēt, stabant ergo in uestibulo curię ubi habebatur senatus, templū enim ingredi non licebat) & quæcūq; Senatores decreuissent Tribunis animaduertēda perferebant ut si pro re publica fore uiderentur approbarēt, cætera ad arbitrium reijcerent tanq̄ Senatus consulta appro-

T.litteram Sūpta ex.c.1. z.Vale. Max.

Gel.ca.12.13. noctiū actica rum.

barent. T. litteram in tergo adijciebant, haud alio pacto rata iudicatum iri. Sed de tribunicia potestate si latius patere uobis uoluerimus, Labeonis Antistij iuris peritissimi constat sententia, cuius uerba quēadmodū apud. A. Gellium scripta repperi, ita ipse scripsit. In quadam inqt epistola. Athei Capitonis scriptū legimus Labeonem Antistiū legum atq; morū po. Ro. iurisq; ciuilis doctum apprime fuisse, sed agitabat inquit hoīem libertas quædam nimia, & uæcors usq; eo, ut diuo Augusto iā principe, & R.P. obtinēte ratum tamē pēsumq; nihil haberet, nisi quod iustū sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus inuenisset. Ac deinde narrat, quid idem ipse Labeo per uiatorē a Tribuno plæbis uocat⁹, responderit. Iussit em̄ ei, qui missus erat ad Tribunos plæbis redire, eisq; dicere, ius eos non habere, neq; se, neq; alium uocādi, cum moribus maiorꝝ Tribuni Pl. præhensionem haberent, uocationem non haberent. Posse igitur eos uenire, & præhendi se iubere, sed uocandi absentem, ius nō habere. Idq; etiam apud Varronem in libro rerū humanarum scriptū asserit. A. Gellius, qui sane Varro cū Triumuir esset, asserit a Tribuno plębis non uocatū fuisse. Cum trib. pl. esset, neminē uocari iussisse, maxime uero patres Tribunorꝝ intercessionibus extitere. id quidē est uim a cæteris magistratibus prohibere fieret. aut minores in legibus ad populum ferendis quæ plæbiscita appellant̄. In quibus sane rogādis patrum interesse nulli admodū ius fuit, q etiam in prouincijs proconsularibus assignandis, ut idē apud Plutarchū in uita. M. Catonis maxime in tribunatu. P. Clodij licet istud etiā obseruatum est inter tri

bunos, si cæteri omnes unã rem probassẽt, unus uero id prohibuisset, plus cæteris quidem omnibus in ea probatione pollere, & reliquos oẽs facile impedire posset.

DE PROCONSVLARI potestate. Tit. XXVI.

Liuius in principio .3. Diony. in fine .11. aliter sentire uidetur, hæc & plura habentur. 1. digestorum. tit. 16. per totum.

DE hac quidem potestatis specie, nihil quicq̃ prius repperi q̃ bello a po. Ro. cum Equis infeliciter gesto, maximoq; terrori urbi illato. Tum eñ Consul qui in urbe remãserat, quo celerius delectum facere posset, Pro consulem creauit qui obsesso collegæ, auxilium afferret. Creatus est igitur Procõsul. T. Quintius. Albo. Posthumio, & Sp. Furio Consulibus. Quod uero pro Consulibus mitterentur, eorũq; uice functuri essẽt Proconsules appellati sunt, ijs magistratibus, cętera quidem consularia insignia concessa sunt, præterq̃ quod sex duntaxat lictoribus uti iniunctũ est. Qua tẽpestate non ordinaria quidẽ sed delegata iurisditione Proconsul (de quo agimus) utebãt, quãuis postea usu euenit, ut propria huic magistratui iurisditio cõpetere instituerit. Propagatis eñ imperij finibus, compluriũ, & ingentiũ bellorũ administrandorum cura exorta, obseruari cœptum ut quo quiq; anno Cõsules fuissent, sequẽti Proconsules remanerẽt, in uarias prouincias, cum imperia sortirentur. De finibus aũt Proconsularibus, quæ nanscisci potui ea breuiter subijciã. Potestatem suã Procõsul nisi in ea prouincia quã est sortitus, exercere nõ potest. q̃uis uoluntariam (ut aiunt) iurisdictionẽ eam esse auctoritatẽ manumittere seruos suos apud se uolentes, Plura tit. 16. primi. ff.

aut se adoptãdos dari passim præstare. Contenciosam uero iurisdictionẽ præterq̃ in prouincia tractare non potest, nec quicq̃ in prouincia negociorũ exorietur, quin ad procõsulis administrationẽ ptinere soleat. Sin aũt fiscalis causa inciderit, melius faciet ad procuratorẽ Cæsaris deferre. Si uxorẽ secum in prouinciã duxerit, quod non fecisse decẽtius putabitur. ea quæ deliquerit in eam ipsam animaduerte. Obsonijs dono missis ut prorsus abstinere nõ debet sic in accipiendis modũ seruare, ualde enim inhumanũ est a nemine accipere, passim uero uilissimũ, & penitus auarissimũ. Ab alijs uero rebus dono missis omino abstinere Proconsulẽ oportet. Item ab emptionibus oĩm rerũ præterq̃ uictus quotidiani causa. Lites uero quæ seriosa excussione, aĩaduersioneq̃ indigẽt, summatim pertractare, ac diffinire nõ debet. Quę cognitionẽ exactiorem nõ desiderãt, ut obsequiũ a liberis & patrimonijs exhibent, a liberis sũmatim aĩaduersa pronũciare poterit. Parum aũt obsequentes patronis suis libertos, cũ uerbis paulo atrocioribus exterreat. tũ etiã fustiũ castigatiõe coerceat absq̃ iuditio sapiẽtis, ac fori strepitu. Nõ habẽtibus autẽ aduocatum ob inopiã, seu aduersarij potentiã, ultro exhibeat, ac deniq̃ uniuersa expediat, quæ mero (ut aiunt) imperio asignari solent. Id enim significat gladij potestatẽ in facinorosos, seruosq̃ animaduertẽdi. Sed quoniam negociorũ prouincialiũ multitudinẽ per seipsum obire Proconsulem difficile est, Legatum Proconsules habere solent, de cuius officio pauca uidenda sunt.

a. l. Exeniis Ie, aliquando ubi supra.

DE LEGATIS PROCONsulum. Ti. XXVII.

Hæc & plura de legatis Proconsulũ habentur titulo. 16. primi digestorum per totum.

SOlent procõsules ob rerum gerendaꝝ multitudinem in ꝓuincia legatos statuere, qui nõ ꝓpria, sed mãdata iurisdictione utantur, quos prius etiã q̃ in prouinciã peruenerint, sibi substituere nõ possunt. Si quid aũt legato occurrat, cuius rei grauitas exactiorẽ diligẽtiã exigat, ad Proconsulẽ remittere legatꝰ debet. Neqꝫ eñ aĩaduertendi, coercẽdi, seu atrociter uerberãdi legato licentia est. Iudices tñ litigãtibus, tutores etiã pupillis dare põt, custodiarũqꝫ quę p ꝓuinciã dispositæ sunt in stationibus, ꝓcõsul legatã cognitionẽ cõmendare, nec priusq̃ e ꝓuincia Procõsul discedat Legatũ dimittere cõsueuit. Et si diẽ suũ obierit in ꝓuincia, Proconsul ita demũ sibi mãdata negocia exiget, ac si res integra nõ inueniat̃. Si uero abesse a ꝓuincia Proconsulẽ fortasse cõtigerit, causas etiã quę aĩaduersionẽ exigant, delegabit.

DE AEDILIBVS PLAEBEIS. TIT. XXVIII.

Ex principio. 7. Liuii. Diony. lib. 6. Gel. ca. 21. lib. 17. plura congessit Flauius lib. 3. de Ro. Triumph. Pom. tit. 2. primi digestorum. Varro lib. 1. de lingua latina.

AEdilitatem plæbeiã pro uetustissimo magistratu habeo, & utrũ Aediles ante Tri. pl. creari cœperint, ambigo, memorqꝫ exactis regibus ad secessionem in sacro monte factam, plæbs maxima quidem pars populi Romani tãto tp̃e absqꝫ aliquo in R. P. magistratu, a quo tueretur extiterit. Quin apud Liuium haud multo post Tr. Pl. creatos pestilenti quodam tẽpore, cũ & Cõsul alter obisset, alter uero ægrã aĩam traheret, apd'

Aediles plæbeios, & consularẽ, & tribunitiã potestatẽ, & tandem totius R. P. summã recidisse constat. Non ꝙ illos tunc primũ creari cœptos appareat, sed ꝙ lõge antea creatos esse potuisse facile sit. Crescẽtibus autem plæbeis opibus, ita ut etiam Dictatores, ac Põtifices, de suo quoq; corpore prẹstarent, atq; patres multotiens a plæbe uicti, duos Aediles plæbeios a patribus creãdos peruicerunt. Nam cũ Aedilibus ludos faciendos, solẽnesq; pro ordinibus in concordiã redactis, dies in fastis referendos mandarent, negarentq; se id esse facturos Aediles plæbis conclamatũ esse a iuuenibus patricijs dicitur, se id honoris, deorum immortalium causa libenter acturos, ut Aediles fierent, qui cum ab uniuersis gratiæ actæ essent, Senatusconsultũ factum est, ut duos uiros ex patribus, qui Aediles forent, Dictator populũ rogaret, patres Comitijs auctores forent. duo ergo patricij Aediles creati sunt. Gn. Quintius Capitolinus &. P. Cornelius Scipio. Sed duos tandẽ Aediles creatos alios a Iulio Cæsare, qui quoniã frumento præessent, Cereales appellati sunt. Apud idoneos inuenio auctores Aediles a sacrarꝝ ædium quam gerebant, cura appellatos esse. Curules uero ij, qui a patribus creati sunt, quoniã sella curuli ueherẽtur cognominati sunt. Plæbei uero, & curules iam adeo manifesto cognomĩe sunt, ut interpraetatione nõ egeant nostra. Ludos instituere quauis causa, quibus ue in spectaculis fierent, ad Aediliũ partes pertinet. Id etiam erat haud leue Aedilitatis munus, ut sua quisq; Aedilis factus impensa ludos pro modo patrimonij, ac dignitatis suæ celebrandos procuraret, cuius instituti Marcus Cicero in ijs libris, quos

Suet. in prĩo Plut. in uita Iulii Cæsaris.

Libro. 2.

bris,quos de officijs inscripsit,cū de sua, & magni Pō-
peij Aedilitate meminit, locuples testis est. Asconius aūt Pedianus Pompeiū Aedilem creatū,theatrū quod sua impensa ędificauerat,magnificētissimis ludis,in quibus currus cum elephantis induxerit, dedicasse ait. Id etiā in argumētis Comœdiarū, quibus nomina ædiliū qui ludis præfuerant ascripta sunt,facile est animaduertere,locorꝫ autem discretio & cuilibet ordini ꝓ dignitate assignatio ædiliū muneris est. Valerius Max. Attilium Seranū,&.L.Scriboniū ædiles,senatus, ac plębis loca secreuisse, ꝙ si seruū quispiam, aut iumentū morbosum, aut uiciosum pro integro sanoqꝫ uendiderit, ædicto ædilium emptori succurreret. Qui uero cloacę publicę & aquę ductus, cęteraqꝫ ædificia lauta,mūda, integraqꝫ, & expedita asseruarētur, Aediliū officiū est Deniqꝫ quicquid rerū uiciosarū pro sincero, fractū ꝓ integro usqꝫ uenisset. Aedilitio edicto redhiberi solet. Ca.1.secūdi

DE DECEMVIRIS, LEGVM FERENDArum causa creatis. Titulus. XXIX.

Sūpta oīa ex.3.Liuii.Diony.uersus finē.10. & lib.11. per totum hanc historiā prosequit̄.Val.lib.6.c.1.plura notaui circa finē primi Flori.Id aūt factū est anno.301.ab urbe cōdita ut.c.12.primi docet Eutropius,Euseb.lib.tempoꝶ dicit anno.302.

DEcemuiris summā potestatem ineuntibus, magistratus oēs qui R.P.regebāt.exoluere fas erat,quibus creādis hoc in causa fuisse perhibet̄.Plæbe em̄ quotidianis seditiōibus.tum ob creādos de plæbe magistratus,tum ad ferendā legem de soluēdo annexibus fœneratorum sæpe etiā de connubio ut inire liceret plæbi cū

patribus. Nõnunq̃ ob ferendã legẽ agrariã, diuina si-
mul humanaq; oĩa miscẽte, & tandẽ cõmunes q̃sdam
leges ferre petenti nequis esset inuidię locus leges extra
neas accersiri placuit. Missi ergo tres athenas sunt legati
qui inclytas leges Solonis scriptas ferrent, iura etiam, &
mores aliaꝝ ciuitatũ noscerent. Ii fuere. Sp. Posthumi⁹
albus. A. Manlius &. P. Sulpitius Camerinus. Legati
igitur anno tertio postq̃ recesserant leges scriptas refe-
rũt, pro quibus sane censendis ꝓmulgandis centuriatis
comitijs, q̊ ut sanctiores essent. fieri oportebat, decem
uiros creant, qui suo arbitratu leges ꝓmulgarent. Ii fu-
ere. Apius claudi⁹. T. Genutius. P. Sexti⁹. L. Veturius.
C. Iulius. A. Manlius. P. Sulpitius. P. Curatius. T. Ro-
mulius. Sp. Posthumius. placuitq; ne ab horum pote-
state esset prouocatio. Penes uero alteꝝ ut sors foret,
quoadusq; oẽm numerũ peruasissent, certos diebus le-
ctores forent. Eodẽ ergo anno. x. tabulas edunt, pote-
statem uidendi oĩbus faciunt, edicunt, agitent secũ oẽs,
& si quid emendari, suppleri, minui ue opus esse cen-
seant, omnium sententias æquo animo esse audituros,
postq̃ satis emendata esse apparuit, decem tabulis scrip
tas leges centuriatis comitijs proferũt, ac simul se magi-
stratu abdicant, cũ uero rumor percrebuisset, duabus
alijs tabulis ius Po. Ro. plerumq;, ac absolutũ fore, ite-
rum habitis comitijs alij. x. uiri subrogati sunt. tũ Api-
us cui comitia datum habere fuerat, sese contra ius, fas-
q; decemuirum creat. Collegæ fuere M. Cornelius
Maluginensis. M. Sergius. L. Minutius. Q. Fabius
Vigilanus. Q. Petilius. T. Antonius Merenda. Ceso
Duilius. Spurius Opius Cornicen. M. Robuleius.

Operæ preciũ est audire q̃ ij Decẽuiri per spem, ac libidinem dominãdi omnẽ R. P. speciẽ Idibus Maijs quo iniere magistratũ, cum duodenis singuli fascibus forũ cõpleuere. Neq; em̃ ad rem ptinere demi secures, quãdo absq; prouocatione creati essent interpraetabantur. Decem ergo regum instar, primo cõspectu præbuisse ferũt. Incredibile est em̃ quantũ ea res urbi terrorẽ iniecerit. Neq; suus urbẽ fefellit timor. Primũ cum abstinere a patribus cœpissent, in humiliores crudelitatẽ, libidinẽq; exercebant, hominum, nõ causarum tot erãt ut apud eos gratia potius q̃ æqua ui iudicia haberent. Domi cõtrahebant, pronunciabãt in foro. Si quis collegã appellasset, ab eo quem appellauisset, ita discedebat, ut pœniteret primo decreto non stetisse. Opinio etiã fuit fœdus clam inter eos iureiurãdo dictũ ne Comitia haberent, perpetuoq; Decemuiratus possessum semel obtinerent imperium. Hac cõditione iam maior anni pars processerat, & duæ tabulæ ad decem adiectę fuerãt, nec quicq̃ aliud supererat, nisi ut cẽturiatus Comitijs perferrẽtur. Hoc peracto cum laberetur annus, nullaq; Comitiorum mentio haberetur. & q̃puis anni factus, exactione priuatĩ plæbs obstreperet, ac libertatem penitus amissam conquereretur. eo illo nihilo cõmuniore facta, hac petulantia abutebantur. Sed hos urbanos strepitus nunciatum bellum a Sabinis, Equisue impendere paululum intercipit. Habito enim delectu Decemuiri armato exercitu in bellum prodeunt, dum uario euentu geritur. Apius Claudius Decemuir, qui gerẽdis rebus urbanis remãserat, plæbeiæ uirginis, cuiꝰ amore deflagrabat, stuprãdę consiliũ capit.

Pater eius. L. Virginius, qui tũ honestum ordinem in castris ducebat, Icilio cuidã tribunicio uiro, puellã despõderat. Hanc uirginẽ forma egregiã cum Apius prece, & precio tentasset pellicere, parũq; sibi succedere cũcta cerneret, animũ ad crudelitatẽ, superbiamq; cõuertit. Marco Claudio clienti negociũ dat, ut coram se pro tribunali sedẽte, puellã in seruitutẽ asserat. Cæteros oẽs qui libertatẽ asserant, rei ecturũ promittit. Opportunitatẽ ergo nactus. M. Claudius libidinis minister trãseunti per forũ puellæ sceleratas manus iniecit, seruam suam, seruaq; natã appellãs, ac sequi se puellã iubet, cũctãtem ui abstracturus esse uidebat. Cum ad clamorẽ ereptæ, nutricisq; fidem Quiritũ implorãtis multitudinis cõcursus factus esset, iãq; a ui tuta esse uideret. Tũ Claudius nihil opus esse tumultu ait, se iure crassari si nõ crederent, ad tribunal sequeret. Cum ad tribunal uentũ est. prætor apud argumẽti auctorẽ agit, puellam domi suæ natã, furtoq; subtractã in domo Virginij, ꝓ filia esse suppositã. Interim dominũ ancillam sequi, q̄ ita æquitas dictaret, interloqueret. Cõposuerat ita se facturũ Apius Claudius, ne sine causæ cognitiõe, ꝓnũciare in seruitutẽ uideretur. Tũc aduocatis puellæ intercedentibus patrem R. P. causa abesse iniquũ de liberis absentibus agi. cæteraq; huiusmodi allegãtibus. Icilius uir & munitorius auus superueniũt. Icilium aũt ut erat uir acer multa intrepide uociferantẽ Apius per lictorẽ summoueri iussit. Sed cũ ille cõstantissimo animo resistere pergeret, ac multitudinis cõcursus ingens fieret. Apius ne exortus tumultus nouãdi res occasionẽ faceret, uades de uirgine in posterũ diem in indiciũ sistenda

dari iussit. Interea patrē accersunt nuncij, aduolat in urbem pater, ac prima luce sordidatus, filiā solita ueste cū aliquot matrimonis secum in forū ducit. Vociferat opē ferant, lamentatione, & querelis omīa implet. Idem Icilius, idē puella, ac matronæ faciūt. Aduersus hæc oīa Apius obstinato animo tribunal ascendit, uindicias secundum seruitutē decreuit, quod decretū cum ingentē admirationē incussisset, ac Marcus Claudius iret ad cōprehendendā uirginem, tunc pater intentans in Apiū manus Icilio inquit, nō tibi Api filiam meā despōdi, ad nuptias nō stuprum educaui, sed quæso patrio dolori ignoscas, siquid sum in te inuectus uehementius. Sinas ergo corā uirgine me nutricē pcūctari falso pater sim, ut re cōperta, æquiore hinc animo discedā. Seductam ergo filiā percunctandi prætextu, rapto e tabernaculo lanij cultro, filiā interemit. Quid multa? Rei indignitate pariter oēs cōmoti in forum concurrunt. Apius aūt ut tumultuari cœptū uidet, ut uitæ cōsuleret obuoluto capite effugit. Plæbs ergo recuperādæ libertatis occasionem nacta, arreptis armis, duce Virginio in Auentinū secedit. Nec minus Icilius in castris, militū concitat multitudinē, plæbisꝗ urbanæ extēplo. x. tribunos militares creant, ingentiꝗ cū exercitu ad urbē accedunt, alteri se exercitui cōiungunt. Hoc pacto armata plebs secedere statuit, eo ergo quicūꝗ per ætatem, ualitudinemꝗ potuerunt, cū uxoribus, liberisꝗ peruenere. Iis tantis motibus perculsi Decēuiri Senatum frequentē fieri iubent. Rogant quid e R. P. fore censent edicere. Demū cum multa ultro citroꝗ in senatu agitata essent, ac plæriꝗ Senatores intrepide Decēuiros oratione ca

ſtigaſſent, decem Tarquinos appellantes. Decemuiri tandem futuros ſe in poteſtate patrũ affirmarunt modo ſeſe ab iniuria tuerentur, ac ſimul legatos mittere ad res cõponendas ſtatuunt. Miſſi ergo legati. M. Oratius, et L. Valerius probatiſſimæ extimationis, uiri de cõditione pacis cũ plæbe agũt, petebat aũt plæbs inter cõditiones pacis ad ſuppliciũ decemuiros quod legati primũ cõpoſitis oratiõibus diſſuaſerũt plæbi. Contenta igitur plæbs fuit, ut ſui ſibi Tribuni reſtituerentur, & ut conſueuerant rediretur ad Conſules. Interim abdicant ſe magiſtratu Decemuiri, Comitia Cõſulibus, tribuniſq; creandis habent. hoc pacto creatis, exactiſq; Decemuiris, ad prioris formam regiminis reditum eſt.

DE PRAEFECTO ANNONE. TIT. XXX.

Pom. tit. 2. primi digeſtorũ. Augu. c. 17. 3. Ciui. dei. de Conſulatu Api Claudii & P. Seruilii, ac de morte Tarquinii apud Ariſtodemum cum is uidelicet ſcribit Liuius inter principiũ & mediũ. 2. Item Diony. lib. 7. De cõtentione conſulum ob dedicationem ædis Mercurii ſcribit Vale. Maxi. ca. 3. libro. 9.

QVoniam de poteſtatibus agitur, ratio etiam admonet, ut de Præfecto annonæ extra ordinem tũc creari ſolito nõ nihil adijciam, de quo ſane magiſtratu nihil antea repperi, q̃ Appio Claudio, & Publio Seruilio conſulibus, eo quoq; anno, quo Tarquinius Supbus apud Ariſtodemũ Tyrannum mortuus eſt. Tum inter Cõſules orta contentio dicitur de dedicatione ædis Mercurij, quæ ſane hac conditione ſopita eſt, q uter dedicaret Mercurij ædem is quidem annonæ præeſset. Populus dedicationem dedit. M. Plætorio primipilo non tam ob hominis meritum, qua ob igno-

miniam Consulū haud probe in magistratu obuersatorum. Cæterum ut hoc apud Liuium non mihi planum usquequaqꝫ apparet, credo errore scribentiū, ita de L. Minutio Præfecto annonæ, haud multo tēpore post usquequaqꝫ manifestum est, huius magistratus difficili tempore, & caritate annonæ usus potissimum, atqꝫ opera exigebatur. Frumentū undiqꝫ coemendū, & si quis ultra proprios usus possideret, in medium ponendū curabat, aduehi undiqꝫ, & aduectum iusto precio uenire nitebatur, cuius ope magistratus egregio populo Ro. penuria laboranti sæpe opera nauita est. Eā potestatē de qua agimus cum Magnus ille Pompeius ageret, atqꝫ e Sicilia cum magna ui frumenti soluere pgeret, ac gubernatores classis non se cōmittendos maximæ sęuienti pelago diceret, illam saluberrimā R. P. uocem edidisse dicitur. Nauigare enim inquit necesse esse, uiuere necesse non esse. Tantus præterea annonæ huius causa fauor, auctoritasqꝫ accessit, ut quę alioquin personæ ad accusationem nimis idoneæ essent, hac tamen in causa admitterentur, huiusmodi sunt mulieres infames, & quæ sunt eius generis, quo nos etiā utimur. Sed de Præfecto annonæ satis dictum est. Liuius lib. 4.

DE TRIBVNIS MILITVM, CONSVLARI potestate. Titulus. XXXI.

Ex Liuio lib. 4. tit. 2. primi digestorum. Id autem factum est anno. 310. ab. V. C.

CRebris quidem secessionibus plebis a patribus, quibus Consules de suo quoqꝫ corpore creari peteret, externis etiam bellis ingruentibus, plæbeqꝫ ipsa

delectum pati negante. coacti tandē patres sunt, ut aut ciuibus, aut hostibus de uictoria cōcederent. Ab eorū sentētijs, qui tribuni plæbis cęde uiolādos putarēt. quos fœdere cum plębe icto sacrosanctos haberēt, primores patrum abhorrebāt, per hęc consilia eo res deducta est, ut rogatiōe e Camilli Tribunos militū, qui pro Cōsulibus essent tam ex plębe, q̄ ex patribus ꝓmiscue creari patres sinerent. de Cōsulibus nihil immutarēt. Tres ergo Tribūi Cōsulari potestate, q militares appellarēt, creati sunt, ĳq; cōstituti sunt uario numero. Interdum enim uigīti fuerūt, interdum plures. nōnunq̄ pauciores sed de superioribus tantū tribus hi fuerūt. A. Sempronius Atracinus. Lucius Attilius. & T. Cecilius patricĳ omnes. plæbs eīm eo duntaxat cōtenta fuit, qꝑ eius ratio habita esse uiderēt. Tunc igitur primo a Cōsulibus ad tri. militares consulari potestate uentū est. M. Genutio &. P. Curatio consulatu abeuntibus, penes quē sane magistratū (ut ipsum nomē indicat) eadem quæ apud Consules potestas erat collata nominibus tantum immutatis, ac plæbis ratione habita.

DE CENSORIBVS. TIT. XXXII.

Sumpta ex lib. 4. Liuii. Pom. Iuris consultus tit. 2. primi digestorum. lege A. Gelliū. c. ultimo. 7. Censorum. leges plurimas ponit Cice. in principio. 3. de legibus. Multa Flauius. 3. de Ro. Triumph. congerit.

CVm ob multa, & uaria bella, ciuilesq; seditiones, Romæ pluribus annis incensus populus mānsisset. Neq; esset lustrū aliquod de more conditum. Neq; diffiniri census posset, neue Consulibus cum multum

bellorū

bellorũ immitteret id negocij operæ præciũ esset, mẽtio inita est a senatu rem uidelicet oposam, & minime cõsularem proprio magistratu indigere, cui scribarum ministeriũ, custodięq;, & tabularꝝ cura arbitriũ, formulæq; censendæ subijcerẽtur. Tum duo Cẽsores creati sunt. Papirius. & Sempronius, censuiq; habendo pręfecti, ab eaq; re Censores appellati, Marco Geganio Macerino, & Tito Quintio Capitolino Consulibus. Institutumq; ut quinquẽnio is magistratus perduraret, quod tandẽ tempus ob Censorꝝ insolẽtiam immutatũ est, ad annũq; redactum. A. Mamertio Aemylio dictatore. Iulio Virgilio. M. Appio Cõsulibus. Mirũ quippe dictũ est quãto Censurę initiũ praua re ortum incremento, adauctũ extiterit. Eo quippe peruenit, ut morꝝ, disciplinæq; Ro. senatus, equitũq; regimen decoris, dedecorisq; discrimen sub eius ditione magistratus priuatorꝝ ius, publicorũq; locorum uectigalia Po. Ro. reposita essent in Senatũ allegere. Senatus principẽ describere, Censum agere, Lustrũ condere. Equos adimere. Quos aũt putasent parũ dignos, senatu amouere, ut fecisse fert̃. C. Fabriciũ, qui Censor. P. Corneliũ Ruffinũ Patricium uirũ, senatu amouit. q᷑. x. pondo argenti facti pro cõuiuio apposuisset. M. aũt Cato Cẽsor. C. Flaminij fratrẽ senatu eiecit, q᷑ exoratus a Scorto ut aliquẽ ex ijs qui in uinculis erãt (obtinebat enim Procõsulari imperio Galliã) securi percuteret, obtemperauit. Quid dicam q̃ leuissimis de causis Censoriã inurere notam consueuerũt. Nimis corpulentis militibus, unguentoq; nitidis, equis ademptis, ignominiaq; notatis, exercitu dimisere. Equiti Romano nimium compto,

Vale. Maxi. ca. 4. z. omia.

splēdidoq; equum strigosum, & uix hærentē pellem ossibus habenti, cum obequitātes urbem Censores ue nissēt obuiā percūctantibus, ut quid ipse tam ruber, & cōptus, equus tam macilētus, & squallore obsitus esset. hic eques Ro. quoniā inquit ipse me curo, equum uero Statius meus seruus. Visum est id parū reuerēs respon-sum, atq; ob id ignominia a Cēsoribus notatus est. Ci-nē Ro. q altius oscitauisset in auditorio Censorū, igno-minię nota affecerunt. Sed cū id resciſſent, nō inconti-nentia, sed ualitudine factū esse, illico restituere. Cum celebrationi quorundā sponsaliorꝝ intereſſent, uirūq; num uxorē ex animi sui sentētia haberet de more inter-rogaſſent, illeq; ex parentibus, non aūt ex animi sui sen-tentia se habere responderet, euestigio labe ignominię cōpulsus est. Magnopere em̄ ab eorꝝ maiestate alienū esse rati sunt, quod in conspectu Censoriæ seueritatis, leuiculus homo adeo ridiculose fuiſſet cachinnatus. Multa in hoc genere dici poſſent, sed omittenda sunt. Illud aūt nō est, pretermittendū, q altero ex Censorib' morte subducto, alterū in demortui locū suffici religio fuit. Itaq; reliquū abdicari se magistratu, ut duo de inte gro Censores crearent, institutū est. Id em̄ huic obserua tiōi causam dedit, quod eo anno quo Galli, Romā cœ-perunt, altero ex Cēsoribus mortuo, alter quidē in de-mortui loco fuerit substitutus, Omē ergo uisum est, & pro lege perpetuo ne id amplius fieret obseruatum est. Censores uero cū præterq; ex patribus creari aliquādo nefas fuerit, id quoq; ut cętera immutatū est, atq; indif-ferenter fieri cœptū. Illud etiā cēsoribus negocium da-tum est ne in fœnore modus excederetur.

Gelli'. ca. 20. quarti.

Liuius lib. 5.

DE TRIVMVIRIS COLONIAE DEDVCENDAE. TITVLVS. XXXIII.

Liuius lib. 3. primæ decadis in fine hæc & plura scribit.

ARicini, atq; Ardeates cũ de ambiguo agro sępe bello certassent, multis inuicẽ cladibus fessi, potandẽ Ro. de re iudicẽ cõstituere. Cũ ergo utriusq; ciuitatis legati oratum causam uenissent, cõcilio populi a magistratibus dato, magna cõtentione actum est. Iãq; editis testibus, cũ tribus uocari, & populũ inire suffragium oporteret, cõsurgit. P. Scaptius de plebe, magno natu. Et si licet inqt. Cõsules de R. P. dicere errare ego populũ in hac causa nõ patiar. Sed cũ quasi uanũ, & delirũ reijcerent Cõsules, audiendũq; ꝓrsus negarẽt, ꝑgentẽ uociferare publicã causam prodi, per Lictorem submouere iusserũt. hic ille Tribunos appellat, ad eos admissus, tertiũ, & nonagesimũ se annũ agere inqt, cũ agrũ de quo duo populi ambigãt, tenere memoria fixũ neutrius populi, sed Coriolanorꝝ fuisse. atq; eo se tpe militasse, captis Coriolis is ager iure belli populi Ro. factus esset, proinde se magnopere suadere po. ne inutili pudore causam suã dãnaret. Mouit nõ tã hominis auctoritas, q̃ cõmoditas ususq; agri, tantumq; tribunicia potestas ualuit ei, ut cũ hac de re latũ esset ad populũ, lex de agro populo Ro. adiudicando ꝓmulgaret, sane factũ maxīe dehonestauit maiestatẽ Po. Ro. multũq; ad finitimas ciuitates infamiæ dedecorisq; cõtraxit, q̃obrẽ cũ id ægre ferre patres, ac nõ multo post iudiciũ de Ardeatibꝰ egregie ꝓ auxilio illis aduersus Volscos allato meriti essent, cum tantam infamẽ iudicij notam,

prorſus ex animis delere cuperent, Senatus conſultum fecerunt, quoniã ciuitas Ardeatũ inteſtino tumultu ad paucos redacta uideretur, coloni eo præſidij cauſa aduerſus Volſcos ſcriberentur. Id cũ latum ad populum eſſet, placuiſſetq́ multo plures Rutulos q̃ Romanos colonos aſcribẽdos, priuſq́ is ager, qui infami iudicio intercœptus erat q̃ alterius agri gleba aſsignaretur, ut alicui quã omnibus Rutulis eo tandẽ pacto Ardeates reuerſus eſt. Triũuiros igitur deducẽdæ coloniæ creãt

Liuius lib. 4. Agrippã Meneniũ. T. Cluilium Suculũ. M. Ebutium Heluã nec abnuerim hunc magiſtratũ alias a maioribꝰ Romanorꝝ creari potuiſse. Cęterꝝ ab inſigniori ratiõe, & ingenti Po. Ro. poteſtate exordiri non piguit. Pertinebat uero ad huius magiſtratus officiũ ut & agros nouis colonis diuiderẽt, urbes deſignarent, ædificare uolentibus areas partirẽtur cõmodis regionibus ciuitatẽ diſtinguerent. legibus magiſtratibus ſiſterẽt, & ad ſpeciem optimi tabernaculi rem publicam effingerent.

DE PRAETORIBVS. TIT. XXXIIII.

Sũpta ex Põ. Iuris cõſulto Digeſtis de origĩe iuris. L. Neceſſariũ Liuius in fine ſexti plura. Flauius lib. 2. de Ro. Triumpha.

CVm crebris, ac diuturnis certaminibus uicti tandem a plæbe patres, ex Cõſulibus alterũ ex plæbe creandũ conceſſiſsent, id ſibi uolũtate plæbis pro aperto a Cõſulatu aditum arrogauere, ut uncius magiſtratus crearetur ex patribus, iſq́ a præeſſẽdo Prætor appellaretur, qui tandẽ eo quod inter urbanos ius diceret, urbanus appellatus eſt. Penes hunc uero magiſtratum adeo oĩs publici, priuatiq́ iuris poteſtas fuit, ut nemini

ius cõdere, & uetera abrogare, facultas eſset. Tantum uero poſtmodũ aucta eſt prætoris auctoritas, ut quod prætor ipſe dixiſset, ob ipſius honorẽ ius Honorarium uocaretur. Prætori regia inſignia, conſularesq; ferme apparatꝰ. Lictores uero nõ amplius ſex. Sella currulis, & Trabea, cæteraq; huiuſmodi tradita ſunt. Ac q̃uis ſex numero lictoribus uti cõceſsum prætoribus eſſet, Paulo quidẽ Emilio Prætori in Iberiam cõtendenti (ut ait Plutarchus) duodecim adhibitos lictores comperi. Equis albis, Trabea cãdida, utebatur Prætor. Niuei ad fræna Quirites ſubminiſtrabãt, ut ait Iuuenalis. Demũ cũ undiq; peregrinorꝫ multitudo in urbem cõflueret, neq; unus Prætor turbæ cauſarꝫ ſufficere poſſet, alter Prætor creatus eſt, q quoniã inter peregrinos cognoſcebat, ꝑegrinus appellatus eſt. Creſcẽte uero imperio tantũ poſtmodũ amplificatus eſt nũerus, ut .x. & octo Prætores aliquãdo in urbe ius dicerẽt. Et qa magiſtratus ueſpertinis tẽporibus in publico eſse incõueniens erat, quinq; uiri cõſtituti ſunt citra tyberim, & ultra tyberim, qui poſsint pro magiſtratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, itẽ Hiſpania, deinde Narbonenſi ꝓuincia, totidẽ Prętores quot ꝓuinciæ in ditionẽ uenerant creati ſunt, partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſsent, Deinde Cornelius Sylla Quæſtiones publicas conſtituit, ueluti de falſo, de paricidio, de ſiccarijs, ac Prætores quatuor adiecit. Caius Iulius Cæſar duos Prætores, & duos Aediles qui frumẽto prȩeſsẽt, & a Cerere Cereales, cõſtituit, ita ut duodecim Prętores, ſex Aediles ſunt creati. Deinde diuꝰ Auguſtus ſexdecim Prętores cõſtituit, poſt diuꝰ Clau-

ff. de orig. iur. L. Neceſſarium.

Saty. 10.

Oĩa tit. 2. 1. digeſtorum.

dius duos adiecit Prætores, qui de fidei cõmiſſis ius di-
cerẽt, ex qbus unũ diuus Tiberius detraxit, & adiecit
unũ diuus Nerua qui inter fiſcũ, & priuatqs ius diceret.
Ita.x. & octo Prætores in ciuitate ius dicũt. Et hæc oĩa
quotiens Romæ ſunt magiſtratus obſeruantᷣ, quotiẽs,
aũt proficiſcunt, unus relinquitᷣ qui ius dicat. Isqȝ uocatᷣ
Præfectus urbis, q præfectus olim cõſtituebatᷣ. Poſtea
uero alius Latinarꝝ feriarꝝ introductus eſt, q quot ãnis
uacãtibus cæteris magiſtratibus creari inſtituerit. Qui-
bus omnibus cõplurimi ingruentibus bellorꝝ uſus ex-
egiſſet, eorundẽ adminiſtrationes mandari cõſueuere
excœpto Præfecto urbi in ciuitate remanente.

DE QVINQVE VIRIS mẽſalijs. TIt. XXXV.

Habẽtur hæc oĩa ex.7.T.Liuii. Flauius lib .5. de Ro. Triumph.

CVm improbitate fœneratorꝝ plæbs Ro. magni-
tudine æris alieni pene obruta eſſe uideretur, eiqȝ
difficultati, princeps plebis ſuccurendũ, ſæpenumero
tentaſſent, inclinatis tandem ad concordiam, omnium
animis, qui tum Cõſules erant, funebrem quoqȝ rẽ, qđ
deſtinari in animis hominũ uidebatur leuari aggreſsi,
ſolutionem æris alieni in publicam curam uerterunt.
Quinqȝ ergo uiri creati ſunt, quos a diſpenſatione pe-
cuniæ, Menſarios appellarunt, quod inſigni æquitate,
diligentiaqȝ meriti ſunt, ut per omniũ annaliũ monu-
menta celebres, nomĩbus eſſent, hi ergo fuerũt. C.Du-
ellius. P. Decimus. M. Papirius. Q. Põpilius. T. Ae-
milius. Qui rem porro difficillimã tractãtes, plerumqȝ
parti utriqȝ ſemper grauẽ cum alia moderatione, tum
impendio magis publico q̃ iacturam ſuſtinuerũt. Tar-

de eim noia, & impeditiora quam facultatibus ad ærarium missis suppeterēt ære in foro posito dissoluerūt, ut non modo sine iniuria, sed etiam sine quærimonia patris utriusque exhausta uis ingens, æris alieni sit.

DE TRIVMVIRIS REI PVBLICAE CONSTITUENDÆ. Titulus. XXXVI.

Suetonius tit. 27. secundi. Plutar. in uita Cice. Liuius. 120. libro. Florus. ca. 7. quarti. De triūuiratu R. P. constituendæ meminit Varro in lib. quē Isagogicon inscripsit. Vide Gelliū. c. 7. 14. fuit ergo ante Cæsarē augustū hic magistratus apud Ro. habitus.

SI triumuiratus R. P. constituendæ originē quæris, ante ipsum quem Cæsar Augustus cum Antonio &. M. Lepido gessit, alter nullus apud Romanos proditse memorat. Ego aūt de eo ipso nusquam præterea offendisse memini. Vtrum potestatibus annumerandū censuerim, haud satis scio. Quippe quod eas potestates quæ iniussu, præterque senatus auctoritatē quisque nō dicam sortitus fuerit, sed per libidinē dominādi arripuerit, Tyrannides potius, quam potestates, seu magistratus appellandos duxerim. utcūque se res habeat, illud facile animaduerti potest, Iulio Cæsare in senatu ab ijs qui cum Bruto, & Casio erant occiso, mox Antoniū cū studia oia ad cōponendam R. P. contulisse uideret, principē ciuitatis euasisse. Cōfestim uero dominādi libidine, eiectum Ciceronē, Brutū, cæterosque qui factioni eius aduersabant, urbe excedere coegisse, Octauiano aūt qui testamēto Cęsaris script⁹ fuerat, ex Asia reuerso, Cicero, ac cęteri, qui eius factioni obtrectabant, ad Octauiani potentiā confugerūt, ex quo factū est ut Antonius urbe

migrare adactus, hostis a Senatu iudicaretur, ad quem opprimendũ Hircius, & Pansa Cõsules missi, Augustusq; cum fascibus Antoniũ apud Mutinã adepti fuerunt, fugaueruntq;. Desperatis ergo rebus Antonius supplex ad Lepidũ confugit, cuius potẽtia fretus Octauianũ qui ęque animũ ad dominationẽ intenderat, ad fœdus, societatẽq; pellexit, illã uidelicet societatẽ qua homicidia, homicidijs in ꝑmutationẽ uenisse dicũtur. inter quos ad cędem destinatos Cęsar, Ciceronẽ, ꝓ. L. cęsare auunculo. M. Antonij eidẽ concessit. Igitur Tyrannidẽ prętextu pio magistratus palliare pergẽtes, sese Triũuiros R.P. cõstituendę appellauere, quorũ nutui & auspicijs omnis R.P. niteretur. Cęterũ eorum aĩos quorsum inclinarẽt mox ipse euentus rerum, ostendit, omnes diuinas, humanasq; res cõmiscens, omnibus eñ intra se opibus consumptis, ad extremũ unus Cęsar potitus est, qui & ipse omnibus cęteris superstes, ipsum de
lib.2. titu.27. quo loquor Triũuiratum annos circiter. x. ut Suetoni⁹ tranquillus refert, obtinuit.

DE PRAEFECTO prętorio. Titulus. XXXVII.

Hæc & plura. I. digestoꝶ. de officio præfecti prætorio lege unica. Verba sunt Aureliani iuris consulti.

QVales apud reges Tribũi Celerum equitũ, siue apud Dictatores, Magistri equitũ, tales demum fuere pręfecti prętorij, apud Cęsares. Nam cũ secũdas post Cęsarem partes gestarent, pręessentq; disciplinę publicę emẽdandę, adeo a paruis orta principijs creuit auctoritas, ut cũ aliquo tẽpore a pręfectis prętorijs prouocare liceret. extantq; exẽpla maioꝶ quo pacto ab ijs ꝓuocassent,

ꝓuocaſſent, lecta poſtmodũ principis ſentẽtia, a Prȩfecto Prȩtorio ꝓuocatio ſublata eſt. Credidit eñ princeps eos qui ob ſingularem induſtriã, fide illorum, atq; integritate explorata, ad huius poteſtatis amplitudinẽ adhiberent nõ aliter pro ſapiẽtia, ac ſplẽdore dignitatis ſuȩ, q̃ eundẽ fore iudicaturos. Alio etiã priuilegio huiuſmõi poteſtas ſubnixa eſt, ne ab eorꝝ ſententijs minores ætate, ut ab aliorum magiſtratibus reſtitui poſſint.

DE QVIBVSDAM MINORIBVS MAGIſtratuum ſpeciebus. Titulus. XXXVIII.

Lege A. Gelliũ lib. 13. c. 14. & 15. ff. de orig. iur. L. ii. parag. Deinde. &c. habentur hæc omnia.

ALteram magiſtratus ſpeciẽ in urbe Roma ius aliquando dixiſſe repperi, nam cũ bellorꝝ munera cæteris magiſtratibus non ſufficientibus ad prætores deferrentur, quorꝝ munus adminiſtratio iuris prȩcipuum fuit. creati. x. uiri ſunt qui ius in urbe dicerent, prætorumq; partes eo tp̃e gererent, litium iudicandarꝝ appellati. Eo tẽpore quatuor uiri creati dicũtur, qui uiarꝝ curã agerẽt. Ac tres Monetales auri, argẽtiq; flatores q̊rũ eſset diligẽtia numiſmata, auro, argentoq; fabricari.

DE PRAEFECTO VIGILVM. TIT. XXXIX.

Sũpta ex primo digeſtorꝝ de officio Præfecti Vigilũ per totũ.

DIuus Auguſtus ſalutẽ publicam nullius alterius q̃ ſuæ diligentiȩ cõgruere exiſtimans, coercendorꝝ incendiorꝝ cauſa ſeptẽ cohortes opportunis urbis locis diſpoſuit, ita ut binas urbis regiones unaquæq; cohors præſidio tutaret̃. tribunis & ſuper oẽs clariſſimo uiro

præfecto uigilum præpositis, & licet apud ueteres Ro. triũuiros nocturnis ædibus, tribuniſq; id negocij quã doq; eſſet aſſignatũ, pluribus eodem die exortis incendijs, quibus accurrere ſatiſq; facere nõ poſſe eos appareret, creare præfectũ uigilum Au. Cæſar in animum induxit. De incenſoribus ergo, effractoribus, furibus, raptoribus apud Præfectũ uigilum cognitio eſt, niſi ſi quæ tam atrox, tam famoſa perſona ſit, ut ad Præfectũ urbi remittenda uideatur. Et quoniã incendia plęrũq; culpa exoriunt̃ inhabitantiũ, aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligẽtius ignem habuerunt, aut ſeuera obiurgatione cõminatur. fuſtium caſtigationẽ remittit, cum effracturę in horreis ut plęrũq; fit, inſuliſq; ubi pręcioſarum rerũ ſuarum partes patres familiarũ ſeruant apparuerint. Siquãdo cella, uel armarium effringant̃, effractorum ſępe, nonnunq̃ etiã cuſtodum queſtiones apd' hunc magiſtratũ exercentur, & ita diuus Antonius Erithio claro præfecto reſcripſit. Ait em̃ effractis horreis de ea re ad illum ipſum ptinere. Sciendũ aũt præfectũ Vigilum plurimã noctem uigilare opportere, coerrareq; calciatũ cũ armis, & dolabris, curamq; oẽs inquilinos agere admonẽdi, ne per colonoꝶ negligentiã, incẽdioꝶ caſus exoriant̃. Quin etiã inquilinus ut quiſq; aquã in cœnaculo habeat, qua igneo terrore ingruẽte præſto occurrere poſse cenſeant̃. Aduerſus capſarios autẽ qui mercede ſeruãda in balneis ueſtimenta ſuſcipiũt, Iudex quoq; cõſtitutus eſt, ut quid ſcilicet in ſeruãdis ueſtimentis admiſsum fuerit, ipſe idem, de quo loquor magiſtratus quæſtionem exercebit.

DE DVVMVIRIS CLASSIS RESTITVENdæ, & quibusdã paruis magistratibus. Titulus. XL.

Plura Flauius lib. 4. de. Ro. Triumphante.

DVumuiros classi restituendæ, utpote haud magni momẽti magistratũ, omissurus uidebar, nisi q̃ Liuio placet minime prætereundũ uisum anno, enim quo Apius Claudiusis cui postea cæco cognomentũ fuit, censurã gessit. M. Valerio, & P. Decio cõsulibus, duo imperia, ut ait Liuius dari per populũ cœpta sunt, utraq; ad R. P. pertinentia, unũ ut tribũi militũ senideni in quatuor legiones crearent̃, quæ ante per quã paucis populi suffragio relictis consulum & dictatorũ fuerant beneficia. Tulere eam rogationẽ tribuni plæbei. L. Attilius & C. Martius. Alterum imperiũ fuit ut duũuiros classis ornandæ, reficiendæq; causa idem populus iuberet. Tulit hoc plæbiscitũ M. Decimus tribunus pl. Haud multo tẽpore post huiusmodi rogationes, Triũuiri nocturni creati sunt quibus (ut existimatione deducor) ut difficili bellorũ, & ciuiliũ seditionũ tẽpore, muris, custodiæq; per milites stationarios mitterent̃. Id etiã eorum curæ iniunctũ est, ut & nocturnas seditiones, a ciuibus arcerent, & quies urbi conseruaret̃. Huius sane partes magistratus, in officium pręfecti uigilũ demum traductæ sunt, Enimuero quo horum magistratuum nomina rem firme ipsam cui addicti essent, facile ostẽdunt. Neq; Liuius ipse rei auctor, hac in re amplius uerborum facit, apud alios uero nulla prorsus mentio fit.

DE PROCVRATORE CAESARIS. Tit. XLI.

Sumpta fere omnia ex Titulo. 19. primi digestoꝝ ab Vlpiano, Paulo, Calistrato.

VLtimum est ut de Procuratore Cæsaris (is eñ est inter Cæsarem, & R.P. constitutus iudex) pauca uideamus. Quamq̃ principalẽ celsitudinẽ, a qua legũ Senatus consultoꝝ, magistratuũq̃ omniũ, origo manat, moribus introductũ sit, legũ imperio, cui præesse non esse suppositã. Cæterũ quoniã se a quouis cũ inter priuatũ, ac R.P. decernãt impossibile inuẽtu sit, ipsumq̃ principẽ in ꝓpria causa iudicare, haud sane æquum esse uideatur. magistratũ creari placuit, cui inter se, priuatasq̃ personas, cõpetens quidem esset iurisditio, qui sane est appellatus Procurator Cæsaris. Huic magistratui, principalis totius rei licentia cõmissa est, ita ut quicquid ab eo negociorũ imperialiũ gestum est, perinde habeat̃ ratum, ac si ab ipso Cæsare fuerit pertractatum, Sed si rem eius quasi propriã, ꝓcurator tradat, nõ putãt dominiũ trãsferre. Tũc uero trãsfert, cum negociũ gerens Cæsaris, ipsius cõsensu tradit. Deniq̃ si donatiõis, uenditionis, transactionis causa quid agat nihil agitur. Non eñ alienare rem Cæsaris, sed diligenter negocia Cæsaris obire, procuratori Cæsaris iniunctum est. Id uero in primis Procuratori huic, de quo agimus, ascriptum est, q̃ seruũ Cæsaris hæredem institutũ adire hęreditatẽ iubet, & ea hæreditas imperatori acquirit̃. Quĩ si Cæsar ipse hæres instituat̃. si se Procurator opulente hæreditati miscet̃, hæredẽ Cæsarem facit. Quod si ea bona ex quibus princeps institutus est, soluẽdo nõ sunt, consulendũ erit imperatori ne quid perinde detrimenti paciatur, hæredis enim instituti in adeundis repudiãdis

ue hæreditatibus congruo tẽpore explorari uoluntas debuit. Deportandi huic magistratui facultas permissa non est. Sed de Procuratore Cæsaris, cæterisq; oĩbus Romanis potestatibus, quæ a principio urbis conditæ usq; ad Augusti Cæsaris tẽpora factæ, tractatæq; sunt satis ad plenũ diximus. Præsidis nomẽ generale est, eo q; & Proconsules, & Legati Cæsaris, & oẽs ꝑuincias regẽtes licet Senatores sint, Præsides appellantur.

Titu. 18. primi digestoꝝ lege prima hæc omia.

F I N I S.

INDEX, IN FENESTELLAE TITVLOS secundum litterarum ordinem.

F I N I S.

Anchises Troianus.



F I N